FEmine. Iſta. l. eſt ſin. ⁊. h. d. Mulier trãſiens ad ſecunda vota, quicquid ex facultatibus primi viri lucratiuo titulo conſecuta eſt, tenetur moriẽs liberis cõmunibus reſeruare, vel alteri eorum quẽ eligit contemplatione meritorũ, alienatione in extraneã perſonã penitus interdicta. h. d. primo. Item ſi aliquis ex filijs primi matrimonij decedit, id qõ mater per ſucceſſionẽ eius cõſequiẗ, fratribus remanentibus ſimiliter reſeruare tenetur, alienatiõe penitus interdicta. ſed ſi nullus alius filius ſupereſt, mater filio moriẽti ſuccedit libere, ⁊ pleno iure, ⁊ de bonis ex tali ſucceſſione proueniẽtibus põt libere diſponere, ⁊ teſtari. h. d. ſcõa ps principalis incipit ibi. Illud. tertia etiam ibi, qõ ſi nullã. potes etiã diuidere iſtã. l. in duas partes: qꝛ tractat de duplici materia: nã prima ps loquiẗ de pena mulieris ſcõo nubẽtis, reſpectu lucrorũ procedentiũ in ipſam a primo viro. l. ſcõa parte tractat de pena mulieris reſpectu eorũ que acquirit ex ſucceſſione filij. ſcõa ibi, illud. Itẽ ſcõa pars ſubdiuidiẗ. primo loquitur qñ aliquis filiorꝫ decedit relicto fratre ex eodẽ matrimonio. ſcõo loquiẗ qñ nõ relicto. ſcõa ibi, ꝙ ſi nullã. ⁊ hec eſt melior diuiſio ĩ hac. l. ⁊ no. ꝙ iſta. l. loquiẗ de pena mulieris ſcõo nubẽtis poſt annũ luctꝰ. ⁊ in hoc differt a. l. j. ſ. eo. Caſus. Quedam mulier nupſerat titio. iſte titius in teſtamento ſuo huic vxori fecit multa legata, in alijs ſuis bonis heredes iſtituit filios ſuos, mortuo teſtatore. iſta ſtetit p annum vidua, poſt annũ contraxit ſcõas nup. modo queritur quid videtur de iſtis legatis. ſimiliter queriẗ ſi iure inſtitutionis eſſet ei aliquid relictum. Item quid donatione ſimpliciter. Item quid iuris de ſponſalitia largitate. rñ. Imperator. ⁊ dicit ꝙ propter trãſitũ ad ſcõa vota iſta mulier punitur in hoc: qꝛ de iſtis bonis nõ põt teſtari vel diſponere, niſi in ipſos filios eiuſdẽ matrimonij, vel ĩ alterũ eorũ quẽ duxerit eligendũ. ipſa tñ dũ viuit. fruẽdi ac poſſidẽdi poteſtatẽ habet, ⁊ ſi alienauit aliqua q̃ forte nõ extant debent reſarciri de bonis ipſius mulieris. h. d. vſqꝫ ad. §. illud. In tex. ibi, cõtẽplatione me-
c ritorũ. qõ in dubio preſumitur:[c] vt. ff. pro ſoc. l. nec adiecit. Ibi, extraneam. i. extra ipſos filios, vel deſcendentes eorum. ⁊ filius filie nõ dicitur hoc caſu extraneus: vt. ĩ. de condi. inſert. l. j. ibi, poſſidendi. ac fruendi. Quero, quis eſt ſenſus huius litere dicũt quidam ꝙ iſta mulier eſt ſolũ vſufructuaria: ⁊ licet lex det ſibi poteſtatẽ teſtãdi, nõ mirũ: qꝛ quandoqꝫ quis teſtatur de rebus alius, vt no. ſ. de ſac. ſanc. eccle. auẗ. ſi qua mulier. Alij dicunt ꝙ iſta habet fruitionem cauſalẽ. id eſt cũ proprietate donec viuit, vnde ſi caderet a poſſeſſione. poſſet agere rei vẽ. ⁊ qꝛ proprietaria nõ tenetur cauere de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri. ⁊ licet fructuarius non facit ſuos fructꝰ, niſi ſeparatos a ſe, vel ſuo nomine perceptos: vt. l. ſi fur decerpſerit. de vſuf. tñ iſta qꝛ proprietaria, facit fructus ſuos a quocunqꝫ perceptos. Sol. iſta de iure cõi eſt differẽtia. lꝫ iſtud dominiũ ſit modificatũ, ⁊ reſtrictũ, ꝙ nõ põt ipſum alienare in extraneos. de iure vero auẗ. deſerit eam proprietas, ⁊ habet ſolũ vſumf. vt in auẗ. de nup. §. ſi vero expectet. ij. rñ. vbi eſt expreſſum. modo videas vtilitatem huius puncti. nã ſi iſtum vſumf. alienat, redit ad proprietatem: vt inſtit. de vſuf. §. finitur. ſed ſi eſſet proprietaria, teneret alienatio donec ipſa viuit: vt
d ff. de leg. ij. l. peto. §. prediũ. ſed quid ſi vir reliquit vxori ſolũ vſumf.[d] vtrum per ſecũdas nup. cadit ab iſto vſuf. videtur quod non: qꝛ etiã per ius authenticorum reſeruatur ſibi vſuſfructus. Sol. iſta qõ decidituꝛ in auẗ. de nupt. §. ſi vero ſolum. vbi de hoc. Ibi, matrimonij, puta habet filium ex alio matrimonio. ⁊ vult ei donare. certe nõ põt. Ibi, eſſe alienãdi ppetuo. ſed de iure codicis tꝫ alienatio, donec ipſa viuit: vt. ſ. dixi. Ibi, redintegrabiẗ. ergo de alienatiõe debet
e reddi ratio. nõ tamẽ credo ꝙ ea viuente ſecundum tẽpus huius. l.[e]

1 † Opp. contra iſtũ tex. dicitur hic ꝙ mater que trãſiuit ad ſcõa vota, põt eligere alterũ ex filijs primis matrimonij. contrarium eſt. ĩ. eo. auẗ. hoc lucrum Solu. illa corrigit hanc. l. ⁊ ſic non ob. ⁊ collige quando mulier trãſit ad ſcõa vota poſt annũ luctꝰ, exiſtẽtibꝰ filijs primi matrimonij, ꝙ mulier puniẗ pluribꝰ penis. Prio puniẗ: qꝛ perdit dñium, ꝙ erat apud eã libere, nunc nõ eſt liberũ: ſed tenetur reſeruare filijs primi matrimonij. non ergo perdit liberã poteſtatem eius ſm. l. C. item obligatur ad reddẽdum tantũdem de ſuo, ſi alienat in extraneam perſonam poteſt tamẽ inter liberos libere diſponere, vel alterũ eligere ſm. l. femine. ſꝫ per auẗ. hoc lucrũ. hic punitur alia pena ſ. ꝙ pdit hoc ius eligendi. Item per auẗ. In donatiõe. punitur alia pena in dona. propter nup. qꝛ perdit proprietatẽ. Itẽ per. §. ſi vero expectet. punitur alia pena perdendi generaliter in omni liberalitate inter viuos, vel in vltima volũtate in eam collata a primo viro. ⁊ hec eſt vera concluſio quãtum ad materiã de largitione a primo viro. Quero, quid econtra. pone quod vxor largita eſt viro. ⁊ mortua vxore vir contraxit ſecundas nup. nunquid eodẽ modo debet reddi res filio. de alienatione poteſt proba
f biliter dubitari: qꝛ iſta. l. non loquitur in viro.[f] ſed in femina: qꝛ dicit femine ⁊c. Sꝫ cõtrariũ eſt verius. ⁊ de hoc eſt tex. no. in. d. §. ſi vero expectet. ibi dum dicit. ⁊ hec communis mulieris ⁊ viri mulcta ſit poſita ⁊c. quem tex. perpetuo no. Et de hoc eſt gl. no. hic in gl. pe. Ibi dum dicit. ⁊ idem in viro. quã tene menti. Et fuit iſta queſtio de facto.

§. Illud etiam. Iſte. §. loquiẗ de ſucceſſione filiorũ. i. qualr mater ſuccedat filijs primi viri, quãdo trãſit ad ſcõa vota. vñ fuit q̃ſitũ ab imperatore de tali queſtione. Berta erat vxor titij, deceſſit titius relictis filijs cõibus: poſtmodũ iſta Berta nõ valens forte ſtare cum filijs. vel valens, ſꝫ nolẽs, nupſit ſcõo matrimo demũ vnꝰ ex filijs primi matrimonij deceſſit teſtatus, vel inteſtatus ſuperſtit iſta matre, que ex teſtamẽto, vel ab inteſtato ſucceſſit vna cũ alijs fratribus defuncti, ⁊ filijs cõibꝰ iſtiꝰ berte ⁊ titij. mõ q̃riẗ qd iuris. rñ. imperator ꝙ mulier põt poſſidere iſta bona ſic acq̃ſita donec viuit. tñ extra filios ſuperſtites illius matrimonij alienandi ptãtẽ nõ hꝫ. h. d. prio. Sed inſtat q̃rẽs. quid ſi vnicũ tm̃ filiũ habebat, qui deceſſit, vel quid ſi plẽs, ⁊ oẽs deceſſerũt. rñd. iperator ꝙ iſta mulier hꝫ plenũ ⁊ liberũ dñiũ ẽt alienãdi in quẽlibet ptãtẽ. h. d. Ibi, ex teſtõ. no. iſtud xbũ, ⁊ ĩ hoc verbo dic vt in auẗ. ĩ. eo. In text. ibi, alienãdi. ſ. in pĩudiciũ filiorũ. Ibi, ſucceſſionẽ. iſtud primũ dictũ reſpicit principiũ huiꝰ. l. ⁊ vult dicere ꝙ vbi nõ ſunt filij pmi matrimonij, ibi nõ ſunt pene. ꝯcor. d. §. ſi vero expectet. j. rñſo. ⁊ ita no. hic in gl. ij. huiꝰ. l. Ibi, pleno proprietatis iure. ⁊ vſufr. ⁊ ius alienãdi tanquã rẽ
g ppriã, nec eſt text. in iure q ita plene ponat qd ſit plena[g] pprietas. Ibi, teſtãdi. ⁊ inter viuos
1 alienãdi tanquã rẽ propriã. † Qui eſt ergo dñium abſolute dictũ. ⁊ certe dñium abſolute dictũ eſt plena proprietas cũ alienandi potẽtia. Bar. ponit. ff. de acqui. poſſeſ. l. ſi quis vi. §. differentia. ſed non allegat hunc tex. ⁊ fui interrogatus ſuper hoc a domino papa.

## Authentica.

IN donatione. Hec auẗ. ſe hꝫ ad. l. codi. hoc modo. Dictum erat in. l. codicis ꝙ ſi interuenit pactum de donatione propter nup. lucrãda liberis extãtibꝰ, vel ſimpl'r, ꝙ mr̃ qdẽ lucraẗ pmortuo viro ĩ mr̃i. tñ ſi poſtea trãſit ad ſcõas nup. tale lucrum debet reſeruari filijs primi matrimonij, ⁊ ipſa dum viuit, habet dũtaxat pote-



a Diuortia. vide que habẽtur in. c. quãto extra de diuor. ⁊ gl. ⁊ Bar. ĩ l. j. in prin. ff. d do. preleg.

b Ingreſſum. vt in. c. ex publico. extra de conuer. coniu.

c Preſumitur, vide Bal in auẗ. hoc lucrum. ĩ. eo.

d Vſumfru. vide in auẗ. hoc locuꝫ. ĩ. ſi ſcõo nup. muli.

e Huius. l. ⁊. l. generaliter. C. itaqꝫ ĩ. e. ⁊ ibi dixi poſt Bald.

f Viro. Faciunt no. p Bar. hic. et q̃ no. Bal. in auẗ. eiſdẽ. in vlti. col. ſ. e. ⁊ iſtud pbatur in auẗ. neqꝫ virũ. quod ex dote. alle. in glo.

g Plena. vide q̃ no. Bal. in. l. mater. ĩ. ad ter.

ſtatem ad vtendum ⁊ fruendum. tamen text.
in.l.C.nõ declarauerat vtrum iſta poteſtas ſit
dominium vel vſufru.⁊ quidam dicebat, quod
erat dominiũ ad vtendum ⁊ fruendũ. Alij di-
cebant ꝙ erat vſufr. formalis. modo iſta au-
then. decidit qd dominiũ ipſo facto eſt perdi-
tum: quia deſerit ipſam proprietas. ergo re-
manet ipſa ſimplex vſufructuaria formalis.
Sed pone qd vir non dedit ei donationẽ pro-
pter nup. ſed alius pro viro. nunquid deferat
eam proprietas: videbatur qd nõ: q2 hoc erat
queſitũ non beneficio mariti: ſed extrinſecus.
arg. ff. de iure do. l. profecti ia. Cõtrariũ deter
minat imperator: q2 quãdo cõtemplatio alicu
a ius eſt finalis cauſa dandi, ipſe dediſſe [a] vide-
tur: vt. ff. de vulg. ſubſtit. ſed ſi plures. §. in, ar-
rogato. ⁊ ita determinat hic in donatione.
1 ¶ † Quero hic, quid ſi ex contractu non lucra
b tiuo [b] mulier acquirit aliquid a marito, puta
ex emptione, permutatione, ve locatiõe, vel a-
lio contractu non lucratiuo. Reſpond. illud
non perdit mulier per tranſitum ad ſecunda
vota: quia eſt res propria, non effecta. ad
hoc ſupra, de donat. ante nup. l. ſi liberis. quod
not.

1 ☞ Lex vbi diſponit: ceſſat hominis diſpo-
ſitio.
2 Teſtari an quis poſſit de bonis alienis in pre
iudicium ſui heredis: inter coniunctas per-
ſonas.

¶ Authentica.

c **Lucrũ hoc.** [c] Hec aut. cõtinuatur
ad. l. C. q2 dictum erat ibi qd mater
tranſiens ad ſecunda vota poterat
teſtari inter liberos, a diſponere, ⁊ alterũ ipſo
rum pro qualitate meritorum eligere: ſed iſta
authen. determinat quod legis diſpoſitio ipſo
iure diſtribuit inter liberos talia lucra, ⁊ ipſa
mater poteſtatẽ diſtribuendi nõ habet. ⁊ idem
in patre lucrãte. ꝙ ſi trãſeat ad ſcda vota: dos
ab eo lucrata equaliter ptinet ad liberos ſup-
ſtites, ⁊ pater nõ habet aliter diſtribuẽdi arbi
1 trium. h. d. ¶ † Not. qd vbi lex ipſo iure diſpo
nit. ceſſat hominis diſpoſitio, per quam de-
ſtrueretur vel impediretur legalis diſpoſitio et
prouiſio. ¶ Item nota exemplum. quod vbi-
d cũq; in iſta materia fit mentio meritorũ [d], me-
ritus intelligitur omnis qui non demeretur:
vt. ff. de leg. ij. l. cum quidam. ⁊. l. cum pater. §.
rogo. ¶ Ibi, diſtribuitur inter viuos quoad
proprietatem: ſed poſt mortẽ lucrantis pleno
iure: q2 vſufru qui erat lucratus, mortuo vſu-
fructuario conſolidatur cum proprietate.
2 ¶ † Ibi, nõ arbitrio, ſed nonne quis poteſt te-
ſtari de bõis alienis in preiudiciũ ſui heredis,
maxime inter cõiunctas perſonas: vt. j. de le-
ga. l. cum alienã. Reſpon. verum eſt, ſi intẽdat
teſtari tanq̃ de re aliena. Secus ſi intẽdat te-
ſtari de re in qua ius hʒ ꝙ in dubio preſumi-
tur. etiam ſi tale ius fiat caducum morte: vt. j.
de legatis. l. vxor patrui. ⁊. ff. de vſufru. l. ſi ſti-
cho. ¶ Ibi, parentis ſcilicet lucrantis dotem,
vel donationem ꝓpter nuptias, vel donatio-
nem ſimplicem, vel aliquid aliud titulo lucra-
tiuo: vt. l. femine. in princi. s. eo.

1 ☞ Origo bonorum conſideratur.
2 Mater ſecundo nubens, cũ perdat proprieta-
tem rerum, quas habuit a primo viro, reten-
to vſufru. an teneatur preſtare cautionem de
vtendo ⁊c.
3 Mater habens vnum filium: nupſit ſecundo
ante mortem filij: deinde mortuus eſt filius, an
ipſa ſuccedat filio ⁊c. 4.
5 Teſtator titus legauit ſeio decem: mortuo ti-
tio ſeius duxit in vxorẽ relictã titij, extãtibus
liberis primi matrimonij, an perdat legatum.

a ¶ Lediſſe. Vide l. generalr. X. nec intereſt. j. eo.

b ¶ Lucratiuo. Vide Bald in. l. hac edictali. §. his illud. in. j. col. j. eo.

c ¶ Lucrũ hoc. An iſta aut. corrigat. l. in quibꝰ. in ſi. j. eo. vide ibi glo. ⁊ Bal.

d ¶ Meritorũ. Vide Bal. i. l. femine in. j. col. in ver. meritorum. s. eo.

e ¶ Caſus. Vide Lud. ro. i cõſilio clxxxxix. p eo qd hic voluit Bald. And. Barb.

f ¶ Iſta aut. An iſta aut. corrigat. l. femine. § illd. s. eo. ⁊ l. mater. j. ad ter. ⁊ ꝙ corrigat tenet Bal. in. d. l.

g ¶ Diſponat. Vide bal. i. l. mater. ver. quero. vtruʒ. j. ad tertul.

6 Quid ſi ſtatutum defert talia lucra coniugi, an per tranſitum ad ſe-
cunda vota perdat ea.

¶ Authentica.

**Ex teſtamento.** Iſta eſt bona aut. diuidit
i duas partes. prima lo-
quitur qualiter mulier que tranſit ad ſcda vota, ſuccedit
liberis cõibus ex teſtamento. ſcda qualiter ab inteſtato.
ſcda ibi, ab inteſtato quoq;. Itẽ ſcda ſubdiuiditur in duas partes
q2 prima loquitur qualiter ſuccedat ab inteſtato i bonis primi viri.
ſcda qualiter ſuccedat ab inteſtato in bonis aliũde queſitis. Et iſta
differentia colligitur ex litera. vel ſi vis diuidere ſecundã literam, dic
ꝙ ſcda pars diuiditur in duas. nã prima ponit quoddam dictũ ſim-
pliciter. Scda ponit quandam aduerſatiuã: ex qua inſurgit modifi-
e catio dicti. Scda ibi, ſed ab inteſtato eorũ. ¶ Caſus. [e] Berta nupſit
titio. ⁊ ex eo ſuſcepit plures filios. primo deceſſit titiꝰ. ſcdo deceſſit
vnus, filiorũ, remanente berta. ⁊ alio filio cõi, fratreq; ipſius morien
tis. ſi iſta mater tranſiuit ad ſcda vota, quid iuris. rñ. Imperator qd
aut ipſa venit ex teſtamento filij. ⁊ ſuccedit tali ratione: q2 quicunq;
inſtitutus vel honoratꝰ ab aliquo filio, ſuccederet ſm eius volũtatẽ
ergo ⁊ mater. quaſi dicat ſuccedit tanquã quilibet: aut talis filiꝰ de-
ceſſit ab inteſtato: ⁊ tũc mater ſuccedit ei vna cũ alijs fratribus. tñ ſi
tranſit ad ſcda vota. ſiue trãſiuerit ante mortem illius filij. ſiue poſt-
ea. ſubdiſtinguitur: nã in bonis que fuerũt mariti habet ſolũ vſumf.
virilis portionis: ſed in bonis aliunde prouẽtis filio premorienti, vel
in acquiſitis ab ipſo filio, ipſa habet virilem partẽ plene proprieta-
tis. h. d. vſq; ad ver. quãtum. No. modo ꝙ in iſta materia ſunt multa
iura. ⁊ Cy. dicit ꝙ ſunt quatuor iura: tñ vt non habeatur intellectus
intricatus, preciſe hodie tene diſtinctionẽ huius aut. ſiue añ mortẽ
filij, de cuius ſucceſſiõe tractatur, ſiue poſtea ſcdas ineat nuptias. vñ
remanet ſola diſtinctio bonorũ. Et diſtinguamus. an ſint bona ve-
nientia a patre, an extrinſecus: vt no. j. ad tert. l. omnẽ. ſm Jac. but.
¶ In tex. ibi, ſicut iſtitutꝰ. Iſta aut. nõ diſtinguit. vbi ex teſtamẽto
ſuccedit, vnde bona obuenerunt. an a patre, an extrinſecus: tamen. l.
femine. §. illud. s. eod. videtur dicere ꝙ etiam quando ex teſtamẽto
filij ſuccedit, teneat̃ reſeruare fratribꝰ ipſius morientis. Ibi dũ dicit
vel ex teſtamẽto ſue poſteritatis. ⁊. j. ad tert. l. mate. Ibi, dũ dicit ex
f teſtamẽto vel ab inteſtato. dici poteſt ꝙ iſta aut. [f] cõtinet vltimũ. ⁊
nouiſſimũ ius. cui eſt ſtandũ. vel põt diſtingui. ꝙ aut filius diſpoſuit
ꝙ libere deueniret ad matrẽ. quã diſpoſitionẽ ⁊ ab inteſtato põt fa-
cere per viã legati, vel fideicõmiſſi. et tũc mater libere hẽat. argu. in
g aut. de nup. §. diſponat [g]. aut ſimplr̃ reliquit. ⁊ tunc reſtitutioni ſub-
iacet per. d. l. femine. §. illud. §. Iſtud contrariũ doc. non tãgũt, vnde
primũ videtur mihi melius, ſalua correctione. ¶ Ibi, quilibet. Po
ne ergo ꝙ mater fuit iſtituta. ⁊ rogata de reſtituẽdo, vel dãdo pau-
peribus poſt mortẽ ſuã, nũqd detrahet ſibi legitimã debitã iure na
ture in bonis filij. videt̃ qd nõ: q2 nõ ſuccedit tanquã mater, ſed tan-
quã quilibet extraneus. Itẽ legitima itelligitur tertia pars eius qd
alicui debetur ab inteſtato, ſed huic matri trãſeunti nõ debetur ali-
quid ab inteſtato, niſi ſolus vſufruc. vt. j. eadem. aut. ver. ſed ab in-
teſtato eorum. ergo videtur dicendum in hac. queſtio. Aut non ex-
tant alij liberi, et tunc matri debetur legitima: aut extant alij de-
ſcendentes ex ea, vt ex primo matrimonio mediati, vel imediati. ſ.
filij ⁊ nepotes: aut loquimur in bonis mariti, ⁊ matri nõ debet̃ legi-
tima: vt in. d. §. X. ſed ab inteſtato eorũ: aut in alijs bonis, ⁊ tũc debet̃
legitima: ⁊ ratio totiꝰ diſtinctiõis eſt: q2 ſucceſſio inteſtati meretur
legitimã debitã iure nature: vt s. de inof. teſt. l. cũ q̃rit̃. ⁊ hoc eſt ve-
rius. ⁊ iſte punctꝰ nõ eſt tactꝰ ab alio. ¶ Ibi, añ mortẽ, ſiue poſtea.
¶ Sed pone ꝙ filiꝰ emãcipatus deceſſit poſtea viuo pr̃e ⁊ mr̃e: et
iſte emãcipatus hẽat ſibi donata in p̃miũ emãcipatiõis. deinde de-
ceſſit maritꝰ mulier ſuperſtitibꝰ alijs filijs trãſiuit ad ſcda vota. vtrũ
habeat locũ hec aut. crede ꝙ ſic: vt fiat bonorũ diſtinctio. ſicut ſi pri-
mo deceſſiſſet maritus, deinde filius. nam eadem eſt ratio. preſuppo
no vnum. qd eſt verum. qd filius emancipatus in bonis donatis in
premium emancipationis moriens viuo patre. habeat heredem. in
dotem autem profectitia filia in poteſtate nõ habet heredẽ. niſi ſu-
perſint liberi ſui: vt dicetur. j. ſol. ma. l. dos a patre. licet donec viuit
1 intelligat̃ domina: vt. ff. fami. herc. l. põpo. philadelphus. ¶ † Ibi,
ex paterna ſubſtãtia. nõ originẽ bonorũ cõſiderari. nec ob. j. de dona.
l. ſi auia. vbi conſider ant̃ ſucceſſores, ⁊ nõ anceſſores: q2 ibi loquit̃ in
bonis queſitis libere, hic i bonis affectis: vel ideo hic: q2 lex vltra ꝑ
cedit. ⁊ hec vera. ⁊ eſt ſimile. j. de bo. que lib. qd ſcitis. ⁊ qd no. plene
2 per Cy. j. de ſuis ⁊ legi. aut. in ſucceſſione. ¶ † Quero hic, nunqd ſit
neceſſe ꝙ ad hoc vt mater conſequatur iſtum vſumfr. preſtet cautio
nem de vtendo ⁊c. dic vt no. s. de vſufru. l. vſufructu. ⁊. ff. de rei ven.
l. ſi homo. ¶ Ibi, quantũ. not. iſtud verbũ. ⁊ expone: vt. s. in aut. in
donatione. ¶ Modo circa iſtam aut. formatur talis queſtio berta
vxor titij, ex eo ſuſcepit vnicũ filium tantũ. deinde deceſſit titius ab
inteſtato, vel ex teſtõ, inſtituto filio herede vniuerſali. Poſtea poſt
multos annos iſta berta ſtetit cũ iſto ſuo filio, ⁊ in tota vita filij ſui
ſeruauit

ſeruauit viduitatē, ⁊ vidual: honeſtatem. De-
inde deceſſit iſte fili⁹, ſuperſtite patruo, vł alio
agnato, ⁊ ſuperſtite berta matre ſua, deinde
iſta berta trāſiuit ad ſcd̄a vota. mō de bonis
titij eſt controuerſia inter agnatū ⁊ matrē nā
mater dicit ſe ſuccedere ex perſona filij: ſed pa
truus dicit ipſam nō ſuccedere in bonis mari-
ti: niſi in ſolo vſufr. q: eſt priuata ipſa proprie-
tate ꝑ trāſitū ad ſcd̄a vota: q: litera dt̄ ſiue an̄
mortē filij, ſiue poſtea ſcd̄as ineat nup. mō que
ritur qd iuris: qd̄ ſtat in hoc, vtrū iſta auť. ha-
beat locū in ſucceſſione filij, qui vnicus erat, ⁊
quē ſolū mater habebat, an vo demū habeat
locū qn̄ extāt alij filij, ⁊ fratres defuncti. gl. hic
dt̄ qd̄ hec auť. hʒ locū indiſtincte. etiā ſi hēbat
vnicū filium: vt trāſiens ad ſcd̄a vota, etiā poſt
mortē iſtius vnici filij, patiatur hanc penā cir-
ca priuationē ꝓprietatis. ⁊ eſt rō: q: lʒ iniuriā
nō faciat filio premortuo, tn̄ trāſeūdo ad ſcd̄a
vota, dt̄ tex. qd̄ cōtriſtať aīa primi viri. ⁊ etiā ꝑ
caſtas nuptias offendiť primi viri memoria:
vt in auť. de nupt. §. que vero nunc. ver. defun-
cti animam cōtriſtaret. nā vidua eſt illa q̄ ho-
a norat maritū: ſed illa que ſcd̄o nubit, [a] honorē
nō ſeruat: vt pʒ in eo. §. ibi dū dicit. ſed hono-
rat defunctū, oīno abſtinere de cetero nuptijs.
vbi eſt text. no. in rōne ſui. Doct. noſtri tenent
contrariū. ⁊ dicūt ꝙ ex quo non habebat niſi
vnicū filiū, vel habebat plures, ⁊ oēs deceſſe-
runt, ꝙ iſta mater ſoluta eſt penis legalibus. ⁊
hoc ꝓbať primo viua rōne, ſcd̄o ꝑ tex. l. nā pe-
ne ſecundarū nuptiarū pn̄t ꝯſiderari dupľr. ſ.
aut fauore filiorum primi matrimonij: ⁊ tunc
mortuo filio, null⁹ hr̄ fauor: aut pn̄t ꝯſiderari
alia rōne, ⁊ tūc iſte pene ſunt abolite ꝑ dictum
apoſtoli. ⁊ iſta eſt rō cōcludēs. mō tex. q deter-
minat hāc qd̄. eſt in. l. femine. §. fi. ȝ. e. vbi dt̄ qd̄
ſi nullū ex priore mr̄imonio habebat ſucceſſo-
rē: puta q: nat⁹ nataqʒ deceſſerit, ⁊ emolumen-
tum ꝑcepit, iure ꝓprietatis obtineat, q tex. nō
inueniť correct⁹. Preterea. paria ſunt nul-
lū filiū extitiſſe, vel ad nullā rē perueniſſe. ar.
in auť. de nup. §. qm̄ infirmas ⁊ qd̄ not. in auť.
de non eli. ſcd̄o nub. §. gregoria. ⁊ hāc opin. tʒ
3 Bar. † Sed ſtatim q̄ro. Pone qd̄ iſta berta
b nupſit [b] ſcd̄o an̄ mortē filij, quē ſolū habebat: et
ſic facit iniuriā filio: deinde deceſſit fili⁹ ab in-
teſtato. Mō q̄riť, vtrū mr̄, vel patru⁹ ſuccedat
vel pone qd̄ iſta berta hēbat duos filios, vnus
deceſſit antequā nuberet, alter deceſſit poſtq̄
nupſit, nunqd iſta ſuccedit: vr̄ ꝙ nō: q: nubens
filiū offendit. ⁊ facte cauſe ꝓ īfectis haberi nō
pn̄t. ff. de capti. l. in bello. §. facte. lʒ adhuc ſum
c in eadē opi. pro matre: [c] q: fili⁹ q talē iniuriam
nō vlciſciť, tacite remittere videtur. ar. ȷ. de re-
no. dona. l. fi. Itē iſta iniuria nō poniť inter
cauſas ingratitudinis. Item in puncto in
quo defertur hereditas matri: ſcilicet in pūcto
immediate poſt mortē filij, mater non inuenit
d obijcem. ſiue obſtaculum. ſuccedit [d] ergo mater
remoto patruo, ⁊ quibuſcunqʒ alijs remotiori
bus. ⁊ ita teno gl. hic poſitā, tanquā ſingularē,
4 ⁊ periculoſam. qd̄ tene menti. † Denuo op.
⁊ primo de ratione naturali: q: cōtra rōnē na-
turalē eſt qd̄ mater ita crudeliter tractetť: vt in
auť. de non elig. ſcd̄o nubē. §. j. ver. ⁊ non ſolū.
Ibi mater quidē valde crudeľr ⁊c. Itē q: iſte
pene dant matri materiā delinquēdi, ſeu taci-
te luxuriādi: vt. ȷ. e. ti. cū igiť. in v. nec em̄. ibi, ⁊
forſan ēt ad ſeruoꝝ corruptiōes. Itē iſte pene
dāt matri materiā habēdi odio filios, ⁊ mortē
corū deſiderandi: pſertim ſi mr̄ iuuenis ē, ⁊ fer
uori nature reſiſtere nō valēs. eo. ti. §. finaūt nō
valuerit. in v. odibiles, ⁊ in ver. ꝯ feruorē natu
re. Itē q: mater pt̄ cōqueri de lege ⁊ legiſlato
re ſic amaris ſubdita penis. fruſtra em̄ genuit
fruſtra liberos nutriuit. e. §. ibi, fruſtra quidē
pariens, fruſtra ſimul ⁊ nutriens: ergo iſte pe-
ne que ponunť trāſeuntib⁹ ad ſcd̄a vota filijs
extantib⁹, ſunt irrōnabiles. Sʒ rn̄d. ꝙ non eſt

culpa legis, ſi mulier ad verā caſtitatē inuitať.
q̄ nō ꝑcula virginitate poniť. d. §. cū igiť. ver.
optimū itaqʒ. Itē q: iuſtū eſt ꝙ mater que nō
ſeruat debitū honorē marito, ſcd̄o nubēdo, fi-
liorū curā derelinquēs, aliquā penā patiať. ar.
ȷ. de admi. tu. l. lex q̄ tutores. ⁊. ff. de cōdi. ⁊ de-
mon. l. ſed ſi hoc. §. fi. Nō ob. ſi dicat mater. fru-
ſtra peperi, fruſtra nutriui: q: hoc ꝯtingit pro
pter culpā ſuā, ꝓpter quā recediť a naturali eq
tate. ſ. ab illa gn̄ali eqtate q̄ poniť in. l. cū ratio.
ff. de bo. dā. ⁊ i. l. nā ⁊ ſi parētib⁹. ff. de inof. teſ.
q: rigor i ſpecie, vincit naturalē eqtatē in gn̄e.
5 † Nō iuxta ꝓdicta q̄ro de tali qōne, titi⁹ [e]
e legauit ſeio. ⁊ iſte ſeius mortuo titio accepit i
vxorē relictā titij, extātib⁹ liberis, primi mr̄i-
monij: mō q̄riť vtrū priueť legato: ⁊ vr̄ ꝙ ſic.
q: ſi titi⁹ ſciuiſſet, nō legaſſet. ar. eorū q̄ no. ȷ. de
fideicō. l. q fideicōmiſſariā. Itē ſi priuať mr̄ ꝓ-
pter hāc cām: ergo forti⁹ dʒ priuari extraneus
cū ⁊ ipſe memoriā defuncti offēdat, ⁊ mulieri
offendenti cōſentiat. nā agētes ⁊ cōſentientes
pari pena puniunť: vt. ff. de parici. l. vtrū. Itē
ēt ꝓp leuē offenſam reuocanť legata: vt. ff. de
adi. le. l. iij. §. ij. Contrariū eſt verū: q: hoc nulla
lege eſt cautū. Iſta allegatio fundať i materia
f priuatiua [f] q: qd̄ nō eſt lege cautū, nō inducit
priuationē: vt in auť. de nō elig. ſcd̄o nub. §. cū
igiť. ver. ſicut em̄. Ibi nec q̄libet eſt lex aliquid
tale dicēs ⁊c. Idē in materia delatiua: vt. ȷ. de
colla. l. illā. nā erubeſcim⁹ aliqd ſine. l. diſpone-
re. i auť. de triē. ⁊ ſemiſ. §. ꝯſiderem⁹. colla. iij. ⁊
hoc ꝓbať tali rōne. nā lʒ victric⁹ poſſit eſſe tu-
tor priuigni. tn̄ mr̄ ad ſcd̄a vota trāſiēs perdit
tutelā: vt. ȷ. de ꝯ. iu. tu. l. fi. ⁊. ff. de adop. l. nōnū-
quā. Nō ob. ar. ꝙ agētes ⁊ ꝯſentiētes ⁊c. q: di-
co qd̄ q̄dā ſunt delicta ꝑ ſe, nō habito reſpectu
ad aliud: ⁊ tūc ꝓcedit illa argumētatio. Que-
dā non ſunt delicta ꝑ ſe: ſed habito reſpectu ad
aliud. puta ad deſtitutā charitatē liberorum: ⁊
nō ꝓcedit talis argumētatio in victrico, quia
illi nō ſunt filij ſui: nec eis dʒ naturalē charita
6 tē. † Sʒ ſtatim iuxta ꝓdicta quero. pone ꝙ
g cōſuetudo, [g] vel ſtatutū defert ꝯiugi ſuperuiuē
ti hmōi lucra: nūqd ꝑ trāſitū ad ſcd̄a vota libe
ris extantib⁹, talia lucra ꝑdanť quoad ꝓprie-
tatē: vr̄ ꝙ nō: q: hoc nō dictat ſtatutū, nec con
ſuetudo: nec ergo nos dictabim⁹ ꝓbať iſte mo
dus argumētandi. ff. de acq. her. l. ſi ſeruū. §. ꝑ-
tor ait. ꝑterea hoc nō vr̄ cautū. ergo ⁊c. Idem
bn̄ficiū legis nemini dʒ auferri: vt. ff. de adop.
l. ſi arrogator. §. ſʒ an ipuberi. Cōtrariū pt̄ dici:
q: nō debem⁹ inſpicere ꝯſuetudinē, ſed cauſaʒ
ꝓpter quā. ar. ff. de cōdi. ob tur cau. l. idē. §. ſʒ ⁊
qd̄ meretrici. Et ideo cū deť ꝓpter matrimo-
nium, ⁊ circa ipſum quodāmō delinquiť ſcd̄o
nubēdo: ideo pena ſcd̄o nubētis hʒ locū. Itē
q: iſta ꝯſuetudo eſt interpretāda ſi ſcd̄o nō nu
bit. ar. ff. de vul. ſubſti. l. ex facto. ad idē facit in
auť. de nup. §. ſi vero ſit ſoboles. Iſtud ē dictū
cuiuſdā doc. vltramō. cui⁹ nomē ignoro. ⁊ ſi di
catur ꝙ ſtatutū ⁊ cōſuetudo nō recipiūt inter
pretationē, verū eſt q̄tū ad ſubſtantiā diſpoſi-
tionis ipſi⁹ ſtatuti ⁊ cōſuetudinis: ſed bn̄ reci-
piūt interꝑtationē ad caſuʒ de q̄ q̄riť, vtrū ille
caſus intelligať diſpoſit⁹ ꝑ ſtatutum necne: vt
ȝ. de noxa. l. ſi ſerui vri. ⁊ i. d. l. ex facto. de vulg.
7 ſubſt. † Denuo q̄ro de tali qōne. Berta [h] nu
h pſit titio, ⁊ dedit ei in dotē domū valētē mille:
⁊ recepit e ꝯ trio in donatiōe ꝓp nup. fundū va
lentē mille: appoſito pacto ꝙ q vita aliū ſupe-
raret, debeat lucrari dotē. i. ſi mulier ſupuiueret
dʒ lucrari donationē: ſi vero ſupuiueret ⁊ ma-
ritus, dʒ lucrari dotē. accidit ꝙ ex iſto mr̄imo-
nio ſunt nati duo filij. ſ. vnus maſculus, ⁊ vna
femina: demū deceſſit marit⁹: poſtea berta do
nauit filio iſtū fundū lucratū, retēto ſibi vſufr.
demū trāſiuit ad ſcd̄a vota: ⁊ demū fili⁹ deceſ
ſit ſupſtite mr̄e ⁊ ſorore. q̄riť vtrū mr̄ ſuccedit
in dimidia pte ꝓprietat̄ iſti⁹ fundi: rn̄. iſta qd̄
dedit occaſionē Iuſtiniano decidedi circa iſtā

a Sed illa q̄ ſcd̄o nubit. Et ſic Bal. hic ſequitur opi. Bar. in. §. tādem. ſequitur hic Sal. ⁊ etiam Bar. i. §. hinc nos. in auť. de nup. ⁊ Pe. de Anch. cōſi. clxvj. vbi omnino vide. ⁊ etiā conſulti ſecundum opi. bar. ⁊ vide. d. Abb. in xiij. col. in. c. eccleſia ſancte Marie. de conſti. in repe. ⁊ in. c. fi. de ſecun. nup. A. B.

b Nupſit. Vide Bar. in cōſil. inci. Ang. in fi. ⁊ Jac. de bel. i auť. de nō eli. ſcd̄o nuben. §. hoc aūt qd̄. in. vij. no. ⁊ vid̄ Ang. ibi in prin. illi⁹ auť. ⁊ qd̄ no. gl. ibi in v. circa hoc Sal. hic tʒ contra gl. hic ⁊ ita cōſului. ⁊ vide q̄ ſcripſi hic poſt Bar.

c Matre. Et eſt text. expreſſus in hac auť.

d Succedit. ergo cōmuniter reperitur corrupta lec. Bal. hic.

e Titius. Vide in. l. j. q fideicōmiſſariam. hic alleg. ⁊ ibi gl. doc.

f Priuatiua vide gl. in. c. fi. extra de iur. patro.

g Conſuetudo. Bal. in. l. fi. in fi. ȷ. de bo. ma. tʒ contrariū. i. qd̄ nō ꝑdatur: q: hoc non habet a coniuge. vel a ſtatuto. ⁊ lʒ Bal. loquatur in marito. dic ꝙ idē eſt in vxore: vt in auť. neqʒ virū. qd̄ ex do. colla. viij. et no. gl. poſt bar. et docto. hic. ⁊ adde Bal. idē tenentē in auť. vxore. ȷ. e. ⁊ reperio ꝙ Lu. ro. in. l. cū dotem. in prin. ff. ſol. ma. facit mētionem de Bald. hic. ⁊ cum ipſo tranſit. ⁊ idē Saly. i. l. femine. §. illud. ȝ. eo.

h Berta. ⁊ ſi per mortē mariti obuenit donatio ꝓpter nup. mulieri in lucrū, quā poſtea donationē trāſtulit in filiuʒ quo ad proprietatē reſeruato ſibi vſufr. demū mulier trāſit ad ſecunda vota, poſtea decedit filius ſupſtite matre ⁊ ſorore, an mater in. d. re donata ſuccedat q̄ ad proprietatem vna cum filia: an vero quoad vſum fructum tantum: ⁊ ſic intellige. l. mater. ȷ. ad ter. et l. femine. ⁊ auť. in donatione. ȝ.

materiā.⁊ dū iſta qō corā eo de facto verteretur,mr̄ dicebat quod iſte fundus debebat eſſe de bonis filij:q: mutatione dominij tranſlatus erat in filiuz,⁊ ſic dicebat ſe debere ſuccedere,ſicut in alijs bonis filij.Econtra dicebatur quod iſte fundus etiam in initio fuerat mariti:nec erat mutata cauſa realis,⁊ rei inherens, ratione donationis facte filio.Juſtinianus determinat iſtam queſtionem contra matrē ⁊ dicit quod mater viuente filio non habet in iſto fundo niſi ſolum vſumfruct.vnde mutatio dominij non inducit hic varietatem circa iuris diſpoſitionem.Jta determinat Juſtinianus in authen.de non eligen,ſecundo nuben.§.gregoria. Hoc premiſſo. habes quoddam preambulum ad intelligendum materiam auth.ſed ⁊ ſi quis. quam vide.que ſequitur.

1 Contraria quando aliqua ſunt in origine,vno dato vel conceſſo,neceſſe eſt quod alterum ſit falſum ⁊c.
2 Jndefinite poſita equipollet vniuerſali negatiue.
3 Faciendū quando aliquid eſt in pluribus an ſufficiat facere vnum vel fieri in vno.
4 Jtem de rege qui dedit caſtrum cuidam militi ⁊c.
5 Statuto cauetur quod ſi quis habuerit filiam dotatam,qō ei ſuccedat maſculus,⁊ alij filij deſcendentes ex ipſo filio maſculo. ſi filius deceſſit relicto filio , ⁊ poſtea deceſſit iſte filius ſine prole, nunquid ſucceſſio reuertitur ad ſororem.
6 Mulier quod lucratur ex pacto exiſtentium liberorum , eſt ipſius proprium patrimonium.7.⁊.8.

## Authentica.

**Sed ⁊ ſi quis.** Quod debuit lucrari vir vel vxor in caſu non exiſtentium liberorum,debet lucrari ſi ex poſtfacto res redeat ad eum caſum.vel ſic.quod iuris eſt de toto quoad totum: ſic de parte quoad partem.h.d.Jac.butr. Et no.ꝙ quidam dicunt ꝙ hec authen.caret viua ratione.Alij dicunt quod hec auth. caret viua ratione,tamen habet aliquam equitatem vtilem,non tamen habentem ſe determinato modo ad ita ſtatuendū.Alij dicunt ꝙ habet in ſe equitatem ſpecialem:licet ſit contra iuris cōis : vt in auth.de nup.§.quoniam infirmas.verſi.ſi vero.in verbo , clementer ſentientes.ego dico quod in caſu hec auth.habet viuam rationem: q: in diſpoſitione legis non eſt perſona reuocare valens:vt.§. quoniam infirmas.vnde iſta auth.ſumitur.Jbi,quis enim hoc etiam infringat filijs,quibus videlicet ſolis hoc ſeruauimus non exiſtentibus.q.d.nullus.⁊ tunc collige argu.a proportione numeri,ſicut nullo exiſtente nullus reuocatur.ita exiſtente aliquo ex pluribus exiſtentibus,proportionabiliter reuocatur id eſt,pro virili.non in totum.Et quia iſta auth.vt dixi,capta eſt ex.d.§. quoniam infirmas. ideo expone caſum vt dicitur in.d.§.nam certum eſt ꝙ ſi parēs qui tranſiuit ad ſecunda vota,moritur ſuperſtitibus communibus filijs primi matrimonij,lucrum dotis ſi referas te ad maritum, vel donationem propter nuptias:ſi referas te ad vxorem pleno iure pertinet ad ipſos filios:nam per tanſitum ad ſecunda vota parens perdidit proprietatē.per mortem vero perdidit vſumfru.formalem , ⁊ conſolidatur proprietati.Si vero iſte parens ſuperuiuit , mortuis omnibus dictis filijs,pleno iure reaſſumit proprietatē cum vſumfr. ⁊ moriens poteſt de a libere teſtari:vt.s.e.l.femine.§.ſi.⁊ dixi in authen.ex teſtamento.modo pone qō iſte lucrans deceſſit aliquo filio premortuo,⁊ aliquo ſuperſtite,queritur quid iuris:⁊ certe iſtū caſuz determinat iſta authen. ⁊ iſte caſus tenet medium inter extrema. quando nullus deceſſit ⁊ quando omnes deceſſerunt.⁊ ideo q: tenet medium inter extrema.circa hunc caſum inuenitur media iuris diſpoſitio.ar.ff.de her.inſti.l.ſi pater.⁊.l.Et hoc Tyberiꝰ. Que autem ſit iſta media iuris diſpoſitio patet ex varijs lec.iſtius authen. ⁊ ſumendo primā lectu.ſic pone caſum. Berta nupſit titio. ⁊ dedit ei in dotem mille:⁊ econtra in donationem propter nup. accepit rē valentem mille,pacto appoſito de lucrando tertiam partem, ſi matrimonium ſine liberis ſolueretur.Accidit caſus : q: titius qui erat forte debilis nature deceſſit ſuperſtitibus tribus filijs,⁊ Berta eiꝰ vxore. demum berta trāſiuit ad ſcd̄a vota:deinde deceſſit vnus triū filiorum.Modo queritur , vtrum berta debeat aliquid lucrari de donatione predicta occaſione mortis iſtius filij rn̄d. ꝙ ſic : vt iſtud pactum de lucrando ſi matrimonium ſine liberis ſolueretur , accipiatur diſtributiue,vedelicet vt vno moriente,mater tanquā ex pacto non exiſtentium liberorum,lucretur viriles portiones illius : et ſic tertiam tertie in caſu propoſito.h.d.ſm iſtam lec.Jſta prima lec. loquitur quando fuit appoſitū pactum de lucrando ſolummodo in caſu nō exiſtentium liberorum.gl.iſtam lect.approbat,⁊ dicit ꝙ iſta continetur in libro nouellarum.tu dic ſecundum doct.quod iſta prima lect.eſt omnino falſa:⁊ ratio eſt:q: non dꝫ plus habere iſta berta per tranſitum ad ſecunda vota,quam haberet non tranſeūdo:vt ff.de condi.⁊ demonſtratio.l.titio.ſi nō nupſerit.⁊.l.mulieri ⁊ titio.

Sed ſi iſta non nupſiſſet,nihil lucraretur:q: extātibus liberis deficit ei conditio lucrandi iſte eſt expreſſe caſus.ff.de pac.do.l.bebius marcellus.vbi aperte reprobatur allegatio marcelli,qui dicebat ego fui pactus de lucrando partem dotis in caſu non exiſtētium liberorum:ergo multomagis in caſu exiſtentiū,nam cum iſte caſus nō ſit pacto comprehenſus.pactū in ipſo nihil debet operari:q: a quo remouetur forma,remouetur effectus:ita determinat iuriſconſultus in.d.l.bebius.ad idem.ff.de libe.⁊ poſthu.l.commodiſſime.⁊.ff.ſolu. matri.l.ſi cū dotem.in prin. Jtem natura terminorū qui adinuicē opponuntur,hec eſt quod cōtrario poſito in eſſe,alterū remouetur: vt.ff.de pact.do.l.inter ſocerum.§.cū inter patrē.⁊.ff.ad treb.l.ex facto.§.pactum.ergo exiſtentibus liberis euanuit non exiſtentium liberorum conditio,⁊ per conſequens lucrum habens iſtam conditionem annexam:vt.ff.de ver.ob.l.decem.vt proprie non dicatur reſolui,ſed nō naſci:vt ibi patet:⁊ ideo hec lec.reprobatur ⁊ approbatur hec. l.que ad idē tendit. Venio ad ſcd̄m lec.que eſt ipſa veritas.⁊ re-
1 tentis ſm quid,ſed nō ſimpliciter dictis terminis. †Pone caſuz
berta nupſit titio,⁊ dedit ei mille in dotē. ⁊ recepit i donationē propter nup.fundū valentē mille duobus pactis appoſitis,qō qui coniux ſuperuiueret,non extantibus liberis,lucraretur tertiā partem:eis aūt extantibus.lucraretur totum.accedit ꝙ deceſſit titius, tribus filijs relictis:⁊ berta ſuperſtite.demū iſta berta poſt annū luctus ſempronio nupſit:⁊ ſic perdidit proprietatem dicti lucri, retēto ſolo vſufr. deinde deceſſit vnus iſtorum filiorum.Queritur vtrum de illa proprietate berta aliquid reaſſumit:rn̄.ꝙ ſic:q: tūc reaſſumit partē virilem illius tertie partis:nā quemadmodū alijs mortuis reaſſumeret totū:ita pro rata reaſſumat vigore illius pacti,ſiue illiꝰ clauſule.ſ.nō exiſtētiū liberorū.h.d.aut.etiā in corpore vnde ſumitur. Jdeo dico ꝙ reaſſumit virilē illius tertie:q: alij duo liberi faciunt partē matri: ſicut facerēt in virili ſucceſſione:⁊ per hoc apparet tibi quid iuris:ſi duo filij deceſſerint remanente vno:q: partes eorum duorū viriliter diuidūtur inter matrē ⁊ filiū ſuperſtitē:⁊ iſta intentio eſt huiꝰ aut. Sed pone ꝙ iſta mater illud lucrū ante trāſitū ad ſcd̄a vota alienauit in extraneū,vtrū iſta alienatio reuocetur:rn̄.ꝙ pro parte q̄ matrem concernit,illa alianatio cōſolidatur:ſed pro alia parte que cōcerni ſuperſtites filios,infirmatur:⁊ ſic cōtractus pro parte cōualeſcit, propter ius qō reaſſumit author,⁊ pro parte infirmū remanet.h.d. tex.in.d.§.qm̄ infirmas.vnde no.ꝙ confirmando ⁊ infirmando illud ius:quod eſt de toto quoad totum,idem eſt de parte quoad partē.
2 †Modo cōtra iſtam lec.ſic opp.nā iſta lec.implicat contradictionem,quod ſic probo:quoties aliqua ſunt cōtraria in origine,vno dato,vel conceſſo neceſſe eſt ꝙ alterū ſit falſum:ergo data exiſtētia liberorū,neceſſe eſt ꝙ falſum ſit pactū in caſu exiſtētiū liberorū:diceretur ergo ꝙ per caſum repugnantē veritati:trahatur iuris diſpoſitio ad impoſitionē. Preterea natura cōditionū hec eſt,vt nō requirat veritatē actus per imanentis:ſed ſufficit veritas actus tranſeūtis:verbi gratia,ſi teſtator legat tibi.x.ſub cōditione,ſi cū liberis deceſſeris.ſi decedis cū liberis,qui nō viuūt niſi vno momento.impleta eſt conditio:vt.s.de inſti.⁊ ſubſti.l.pe.Jta eſt hic,ſi liberi ſupſunt etiā vno momento nā eſt cōditio vera exiſtentiū:liberorū:ergo cōditio appoſita nō exiſtentiū liberorū eſt falſa. Preterea,quoties cōditiōes ſunt diſtincte illa que prius exiſtit,habet purificare ſuum diſpoſitum:⁊ illa que exiſtit deinceps,nihil habet operari:vt.ff.de ver.ob. l.ſi ita qs ſtipuletur,ſiue nauis.ſꝫ hic exiſtit vna cōditio:ergo altera eſt ſublata,tūc ſicut falſa cōditio nō facit diē cedere:ergo caſus non exiſtētiū liberorū diē nō facit. Preterea,ſemel verū ſemp verū:ſꝫ ſemel
3 fuit verū extare liberos:ergo ſemp verū. †Preterea,indefinite, poſita equipollet vniuerſali negatiue:vnde ſi dico:ſi ſine liberis deceſſeris:idem eſt ac ſi dicerem:ſi ſine vllo libero deceſſeris : vt.ff.de ver.ſig.l.non eſt ſine liberis:ſed in themate noſtre licet vnus deceſſerit,ſuperſunt alij liberi:ergo cōditio negatiua per eorum exiſtentiam redditur impoſſibilis,⁊ falſa,dicere ergo qō falſa et impoſſibilis cōditio habeat ſuū diſpoſitū purificare,vel aliqd reintegrare,eſt
4 impoſſibile. †Preterea,cū aliquid eſt in pluribus faciendum,nō ſufficit fieri in vno:vt.ff.de condi.⁊ demonſt.l.pater ſeruerinā,vnde dato ꝙ mors filiorū haberet aliquid reconciliare circa matrē omnibus decedentibus:tū aliquo ſuperſtite,mors vniꝰ nihil dꝫ operari,nec debet ſimpliciter,nec ſecūdum quid ſufficere vnū mori.Jſtā rationē ponit gl.in.d.§.qm̄ infirmas.Sol.dicas ad iſta cōtraria.qō iſta aut.fundatur in iuris ſubtilitate:nec eſt rationabilis:ſed voluntaria:iuxta illud.Si volo,ſic iubeo,ſit pro ratiōe voluntas.Jta dt gl.in.d.§.qm̄ infirmas.qō cōcedo:tamen vnū dico,qō Juſtinianus in iſta materia cōſiderauit,ꝙ ſiue mater nō alienauit,ſiue alienauit in extraneū,iſti filij qui habēt proprietatē per tanſitū ad ſcd̄a,vota hūt ex quodā priuilegio perſonali:⁊ ſi oēs moriuntur,finitum eſt priuilegiū quoad oēs morientes:q: perſonale:tūc ſic finito priuilegio res redit ad eius cōe:ſed ius cōe eſt,ꝙ non exiſtentibus liberis mater lucretur: ergo eo deficiente,mater lucrabitur:vel ille qui habet cauſam a matre,vnde iſtas authoritas fundatur in extinatione perſonalis priuilegij:nā extincta perſona,extinguitur priuilegiū eius,⁊ reſpectu ſue
portionis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

portiõis extinguit̃ perſona reuocare valẽs, ⁊ ideo redit ad ſuũ eſſe,
qd̃ habebat de iure communi, circũſcripto priuilegio liberorũ. h. d.
iſta auth. in primo reſponſo. Sed ſtatim queritur, ecce mater ⁊ filij
diuidunt inter ſalã portionẽ defuncti. tandẽ moritur mater, deinde
moriunt̃ alij filij. nunqd illi filij traſmittũt ad ſuos heredes: ⁊ certe ſic.
h. d. ſm̃ rñſum iſtius aut̃. ⁊ ſi illi filij decederẽt cum filijs, tranſmit-
terẽt, etiã ſi decederent viua matre. Tertiũ reſponſum iſtius aut̃. eſt
ſuperius declaratũ. modo ſequit̃ quartũ reſponſum qd̃ ſimiliter eſt
clarũ, qd̃ dicit ꝙ omnibus mortuis ante matrẽ, iſtud lucrũ redit ad
matrẽ, vel ad habẽtes a matre cauſam. h. d. iſta aut̃. ¶ Modo que-
a rit, vtrũ hec aut̃. locũ habeat in ſimplici donatione [a] inter vir. ⁊ vxo.
¶ Pone ꝙ vir cõſtante matrimonio donauit vxori fundũ, ſub hac
cõditione, videlicet totũ ſi ei filios genuerit, alias tertiã partẽ, mor-
tuus eſt maritus ſuperſtite vxore cũ liberis, deinde vxor traſiuit ad
ſcd̃a vota: ⁊ ſic perdidit ꝓprietatẽ: deinde deceſſerũt filij ſine liberis
nũquid proprietas redeat ad matrem: ⁊ dico ꝙ nõ: qꝛ cũ iſta aut̃. ſit
cõtra ius cõe, ⁊ loquit̃ solũ in donatione ꝓpter nup. nõ debemus eã
trahere ad ſimiles caſus. ff. d legi. l. ꝙ vero cõtra rationẽ. ⁊ ff. ſo. ma.
l. ſi vero. §. de viro. ⁊ ideo iſti filij moriẽtes traſmitiũt ad quoſcunqꝫ
ſuos hr̃des: vt. j. de don. l. ſi auia. ⁊ iõ arguẽdo ad q̃ſtiones de facto,
ſume hũc modũ argumentãdi ex iſta aut̃. Iſta aut̃. cõtinet ius ſingu
lare: ergo in ɔ̃riũ eſt ius cõe: ergo ex illo cõmuni iure habes argumẽ
5 tari ad queſtiones de facto, nõ ex iſto iure ſingulari. ¶ † Unde deci
b dit̃ talis queſtio [b]. Quidã ex rex dedit cuidã militi caſtrũ, [c] ſi dicẽs
c do tibi caſtrũ illud, qd̃ ita habeas ⁊ tu ⁊ tui heredes de tuo corpore
deſcendẽtes, ⁊ ſi decedas ſine heredibus de tuo corpore deſcẽdenti-
bus, caſtrũ illud ad me reuertat̃, ⁊ deinde decedit miles relicto here
de: poſtea decedit iſte filius, non relicto herede de corpore ſuo q̃re-
bat̃, nunquid caſtrũ deberet reuerti ad regẽ: quidã dicebãt ꝙ ſic. ar.
huius aut̃. Alij dicũt ɔ̃rium: qꝛ cum iſta aut̃. contineat ius ſingula-
re. ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune, hoc approbat Cy. niſi caſtrũ ſit
datũ in feudum: qꝛ natura feudi eſt, vt mortuis heredibus ſangui-
nis, feudũ reuertat̃ ad dñm, ⁊ non traſeat ad heredes extraneos: vt
not. in. l. ex facto. §. ſi. ff. ad treb. per Dy. Iſta ſunt verba Cy. hic no.
6 ¶ † Et per hoc infert ad aliã queſtionẽ. Dicit ſtatutũ [d] ꝙ ſi qs ha
d buerit filiã dotatã, ꝙ ei ſuccedat maſculus: ⁊ alij filij deſcẽdẽtes ex
ipſo filio maſculo: pone ꝙ filius deceſſit relicto filio, poſtea decedit
iſte filius ſine prole: nũquid ſucceſſio reuertitur ad ſororẽ: ⁊ videt̃ ꝙ
ſic, quaſi priuilegiũ excludens ſororẽ ſit finitũ. ¶ Itẽ qꝛ in excluſio-
ne filie ponunt̃ ſolũ maſculi: ergo nõ excludunt̃ ab extraneis heredi
bus iſtorũ maſculorꝫ, ⁊ videt̃ finaliter ꝙ iſta queſtio debeat determi
e nari cõtra filiã: qꝛ ſemel excluſa [e], perpetuo eſt excluſa, niſi ſtatutum
loqueret̃ verbis tẽporalibus: qꝛ diceret quoad extãt maſculi, nã tũc
eis mortuis nõ inuenit̃ cauſa, vel perſona excludẽs filiã, vnde ſucceſ
ſio reuertit̃ ad ſuã naturã. ſm̃ qd̃ not. hic per Cy. in. j. q. formata ab
f eo. Bar. videtur idẽ [f] dicere in. l. ſi. j. ad tertu. ¶ † Reſtat hic aliqd
7 vtile circa iſtã materiã extrahere nã certũ eſt ꝙ ſi mulier lucratur
propter nup. ex pacto exiſtentium liberorũ, ⁊ non traſeat ad ſecunda
vota, ꝙ hoc lucrũ eſt propriũ patrimoniũ ipſius lucrantis, ⁊ nõ fi-
liorũ: licet filij ſint poſiti in cõditione lucrãdi. ⁊ ideo talis mulier nõ
traſiens ad ſcd̃a vota, nec in corpus ſuũ peccãs cõtra pudorẽ prece-
dentis matrimonij, põt de tali lucro libere diſponere, ⁊ teſtari: vt in
aut̃. de nup. §. ſolu. in prin. ⁊ idẽ econtra, viro lucrãte dotẽ vxoris ex
pacto ſuper exiſtẽtium liberorũ, vt ibi patet. ¶ Modo contra iſtud
8 opp. qꝛ lege aperte cauet̃ [g] ꝙ ſi marit⁹ lucrat̃ dotẽ ex pacto appoſito
reſpectu liberorũ, intelligit̃ hoc lucrũ eſſe pro filijs tanq̃ pro heredi-
bus matris: vt. ff. de pac. do. l. bebius. hoc tenet Bar. ff. de ſol. ma. l. ſi
cũ dotẽ. in prin. vbi ipſe tenet ꝙ maritus q retinet dotẽ propter li-
beros, retineat ꝓ eis tanq̃ ꝓ heredibus vxoris: ⁊ non pro ipſo reti-
nẽte, nec ꝓ liberis ſimpliciter. Iſtã etiã opi. diſputãdo tenuit Iaco.
de bel. ⁊ dixit ꝙ erat caſus in. d. l. bebius. ad hoc inducit Bart. ff. de
here. inſti. l. lucius. Inducit etiã naturalẽ rationẽ: qꝛ ſi pater dat do
tem pro filia, ⁊ paciſcat̃ ꝙ ſibi patri dos nõ reddat̃, niſi in caſu non
exiſtẽtiũ liberorũ, veriſimile eſt ꝙ plus diligit filiã, q̃ nepotes quaſi
tacito intellectu velit filiã lucrari. ⁊ liberos ei⁹ habere tanq̃ ex traſ-
miſſione materna, vt ſic ordo charitatis inducat ꝓ̃ſumptionẽ tacite
donationis. ar. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. publius. §. ſi. ⁊. ff. de libe. ⁊ poſth.
l. gallus. in prin. ⁊ de le. ij. l. cũ ita legat̃. §. in fideicõmiſſo. ⁊. s̃. eo. l. j. in
ver. gradibus ſeruatis. In ɔ̃trariũ facit. ff. de pac. do. l. inter ſocerũ.
§. vir dotẽ. vbi Richar. mal. ⁊ Cy. in addi. dicũt hec verba, videlicet
no. gl. ꝙ dos quã lucrat̃ ex pacto liberorũ exiſtentiũ, eſt propriũ pa-
trimoniũ ipſius patris, quaſi ex ſua prouiſione ſibi queſitũ, non aũt
eſt filiorũ. quaſi vt heredes matris in ea dote, ꝙ prodeſt ſcire. ſi que
rat̃ an pater habeat vſumfru. tm̃, ⁊ ꝓpter alia multa que occurrunt.
Richar. mal. ad hoc. ff. ad. l. fal. l. ſi vir. ⁊. ff. de reli. ⁊ ſum. fru. l. nerati⁹
⁊. l. celſus. Cy. aliqualiter hic. de hoc tangit̃ etiam per Dy. in. c. ꝙ ob
gratiã. extra de reg. iu. li. vj. ⁊ ꝑ Cy. s̃. de legi. l. ꝙ fauore. Hic aduer.
te, aut iſtud lucrum conſiſtit in expreſſa hominis prouidentia, aut in
preſumpta ⁊ tacita hominis prouidẽtia, primo caſu, verbi gratia: qꝛ
actum eſt expreſſe ꝙ extantibus liberis premortua vxore, vir lucre-
tur dotem. tunc eſt vera opi. Richar. ⁊ Cyn. ⁊
eſt caſus in. d. §. ſoluto. ⁊. j. eodẽ. l. cum alijs. §. c
itaqꝫ. ſcd̃o caſu fuerũt opiñã. d. Guido de cer-
uia antiquus doctor cõſuluit ꝙ iſtud lucrũ do
tis intelligat̃ eſſe ipſius mariti: ⁊ hoc per. l. in-
ter. de pact. do. quem. §. ſic inducebat. quoties
prouidet̃ in vno caſu, in eius cõtrario videtur
prouiſum totũ oppoſitum. vnde ſi prouidetur
de dote reſtituenda: non extãtibus liberis. in
caſu oppoſito: ſcilicet liberis extantibus, vide
tur ꝓuiſum: quod dos retineatur: tunc arguo.
Iſta oppoſitio intelligit̃ reſpectu perſone eiuſ
dem, nõ reſpectu diuerſarũ: ergo intelligitur ꝙ
vir ſit ille qui retineat: vt pactũ in ſua perſona
operet̃. ¶ Preterea in. §. cum inter. dicitur ꝙ
retineat̃ pro liberis, tanq̃ ꝓ heredibus filiefa-
milias, erat impoſſibile de iure. ff. qꝛ ex eo iure
nõ habebat heredem, qd̃ ſic probatur, certum d
eſt quod non habebat heredẽ ex teſtamento:
qꝛ filiafamilias nõ põt teſtari: nec etiam abin
teſtato: qꝛ iure nouiſſimo eſt inductum, vt fi-
liusfamilias haberet heredem abinteſtato: vt
3 in aut̃. vt lice. ma. ⁊ auie. poſt princ. ¶ † Pre- e
terea ponamus caſum extra dotẽ, pater extra
dotẽ dedit quedã genero, cũ hoc pacto ꝙ ma-
trimonio ſoluto morte mulieris, nõ extãtibus
filijs, illa data reddant̃ patri, certũ eſt qd̃ extã- f
tibus filijs illa data nõ debẽt reſtitui: qꝛ in cõ
tractibus ſumit̃ ar. a cõtrario ſenſu ſuper cõtra
rietate finalis cauſe: vt. d. §. cũ inter. tũc arguo
ſic. Iſtud retinetur per gñerũ ꝓpter liberos, g
nõ tñ pro liberis, ſed pro ſe: ergo idẽ in dote.
Probatur conſequentia: nam non poteſt dici
quod extra dotem filiusfa. habet heredem de
iure. ff. non enim allegar Bar. aliam rationem
ad. §. cum inter. niſi qꝛ dicebat ꝙ erat ſpeciale
in dote: quia filiafa. haberet heredem abinte-
ſtato iure. ff. per. l. auus. ff. de iure dot. ⁊ no. in
l. poſt dotem. ff. ſolu. matr. ſicut ⁊ alia ſunt ſpe
cialia dote. ff. fami. erciſ. l. Pompo. philadel-
phus. certe iſta ratio Bart. ceſſat in caſu alte-
rius donatiõis, quam ſub nomine dotis, ⁊ ta-
men nõ ceſſat diſpoſitio. d. §. cum inter. Quid
h ergo dicemus [h] de iſto paſſu difficili. [i] primo
i videamus vtrum de iſta queſtione ſit caſus in
d. l. bebius. Illa enim eſt lex difficilis: ⁊ caſus
eius ex talis. Quidam marcellus habens filiũ
⁊ filiam nomine bertam. illam bertam marita
uit marillo, promittẽs ei centum nomine do-
tis, duobus appoſitis pactis. primum pactũ
fuit, qd̃ ex iſta promiſſione non poſſet agi, niſi
ſuſceptis liberis ex ipſo matrimonio. ſecũdum
fuit, ꝙ ſi iſta decederũt in mr̃imonio ſine libe
ris, quod dimidia pars dotis remaneat apud
marillum, ⁊ alia dimidiã reſtitueret̃ fratri mu h
lieris. deinde mortuus eſt Marcellus, ſuper-
ſtitib⁹ filio maſculo. ⁊ iſta filio nomine berta,
que erat vxor marilli, cui berte prelegauit iſta
centena, ſiue iſtam dotẽ: poſt hoc ex marillo ⁊
berta nata eſt quedam femina nomine ſempro
nia, qua nata, berta diuertit a marito, ⁊ deceſ- i
ſit inſtituta iſta filia herede cõmuni, ⁊ fratre
ſuo filio marcelli equis partib⁹. Modo quia
dos iſta nõ erat ſoluta, marillus agebat ex ꝓ-
miſſione iſti⁹ dotis ɔ̃ fratrẽ mulieris heredẽ
marcelli: ⁊ dicebat ꝙ cũ iter bertã ⁊ eũ matri
monium eſſet ſolutũ exiſtẽtibus liberis. ⁊ exi-
ſtẽte filia communi, ꝙ ipſe lucrabat̃ totã dotẽ:
ergo totã petere poterat, ⁊ ꝙ lucraret̃ totã do
tem, probat̃ per caſum dicti. §. cũ inter. nã ex
quo actũ erat vt aliquid reſtitueret nõ extãti-
bus liberis: ergo videbat̃ actum, vt nihil reſti
tueret extantibus liberis. ¶ In contrariũ
allegabat̃, ⁊ dicebat̃ ꝙ iſte Marillus nihil de

a ¶ Simplici donatione. Uide ad huius authẽtice intellectũ gl. hic
que arguit de. l. ſi ita quis ſtipulet̃. ⁊ Bal. s̃. in ver. contra iſtam lect.
b ¶ Unde decidit̃ talis q̃ſtio. No. ſi ſtatutũ excludit feminã exiſtente
maſculo, vel filio maſculi, ſi filius decedit, ⁊ poſtea eius filius. femina
ſemel excluſa, amplius nõ admittitur, vide Bal. in. l. ij. j. de natu. li. ⁊
ibi dedi remiſſio-
nes. And. barba.
¶ Caſtrũ. Faciũt
not. per Bar. in. l.
gallus. §. quidam
recte. ff. de liber. ⁊
poſth. ⁊ ibi doc. ⁊
Cy. hic. ⁊ Bal. in
l. fin. in. xxxv. q. j.
de here. inſti. ad-
uerte: qꝛ aliqui li-
bri aliter habent
queſtionẽ iſtã for
matã. qꝛ poſt ver
bũ deſcendentes,
ſunt alia verba q̃
ea que hic poſita
ſunt.
¶ Statutũ. Ui-
de Bar. in. c. j. §. j.
per illũ tex. in tit.
epiſ. vel Abb. et
in. l. in qbus. j. eo.
¶ Semel exclu-
ſa. Uide tex. ⁊ ibi
no. in. c. j. §. j. epũ.
vel Abb.
¶ Idem dicere.
Adde bal. ⁊ pau.
de caſt. in. l. ij. j. de
lib. prete.
¶ Cauet̃. Uide
no. per Bar. in. l.
ſi cũ dotẽ. hic al-
leg. duo verba po
nit Bal. in. l. iij. j.
de inuti. ſtipul. ⁊
aliquid in. l. dos
a patre. j. ſol. mat.
adde qd̃ ſi ſcd̃s
maritus recepit
dotẽ ab vxore ha
bẽte filios ex pri-
mo matrimonio,
⁊ paciſcat de lu-
crando dotẽ pro
filijs primi matri
monij: iſto caſu fi
lij ad hanc dotẽ
nõ veniũt vt here
des matris ſcd̃m
Bal. in. l. hac edi-
ctali. in prin. i ver
bo omni circũſcri
ptione. j. eo.
¶ Quid ergo di
cemus. No. de in-
tellectu difficilis.
l. bebius marcel-
lus. ff. de pac. do.
And. barb.
¶ Paſſu diffici-
li. Uide de intelle
ctu illius. l. bebi⁹.
q̃ ſcripſi poſt bal.
in. l. ſi cum dotẽ.
in prin. ff. ſol. ma.

in.l.iij.§.ſꝫ vtrū.ff.de mino.ſecūdā vero vxorē ſibi inſtituit heredem
vniuerſalē,mō filius primi matrimonij dt ꝙ vxor nō debet habere
niſi quinqꝫ ſol.⁊ quod totum reſiduum pertinent ad ipſum , q̄ritur
quid iuris:⁊ pro filio videt̄ caſus hic.in ver.ſi vero plus.⁊ in authē.
de nupt.§.optime. In cōtrariū videt̄,nā teſtator potuit vſqꝫ ad di-
midiā patrimonij libere teſtari in vxorē.ergo quātū potuit non de-
beret reuocari,ſed debet firmū ſtare:ſicut dicim⁹ in alia materia in
filio ⁊ patrono,qui reuocāt ſibi debitā portionē,⁊ nō vltra.ff.de do
na.l.ſi patronus.⁊ de cōdit.⁊ demōſtra.l.plautius.⁊.ſ.de inoff.dot.
l.j.⁊ de inofficioſo teſtamēto.l.omnimodo.⁊.ff.ſi quid in frau.pa.l.j.
¶ Preterea ſi filius redigeret vxorem ad minimam ſummaꝫ de eo
qđ eſt ſibi relictū,id eſt de ipſo iure vniuerſali, vxor inſtituta nihil
haberet:vt.j.de heredibus inſtituendis.l.quoties.ſed per hanc legē
vxor non redigitur ad nihil.ſed ad equale.ergo inequale reuocatur:
ſed equale ſubſtentatur:ſed tunc ſequitur quedam cōcluſio:nā filius
primi matrimonij habebit mediā partē hereditatis , tāquam heres
anomalus,vxor vero tanquā heres teſtamentaria:ſimile inſtit.de eo
g cui liber.cau.bona addic.quare voco eum heredem anomalum, [g] et
⁊ non ab inteſtato.Reſpond.qꝛ ſubrogatur in locum inſtituti. et ei
aufertur:vt habes in ſimili.j.de fideicō.authen.hoc amplius.Et non
h poteſt negari quod hoc caſu iſtud quod reuocatur per filiū: [h] nō im
putetur ei in legitima,cum ipſe efficiat̄ heres,⁊ non poteſt hoc vni
uerſale petere,niſi tanquam heres.Nec obſt.qđ dixi.ſ.in prece. que-
ſtio.qꝛ illud intelligo quando reuocatur quid ſingulare:vel in quā-
titate conſiſtens,non quando hereditas.iuxta no.ff.de tranſa.l. con
22 trouerſia. ¶ †Sed modo oritur dubiū. Pone quod[i] teſtator reli-
i quit iſti vxori multa alia legata:certum eſt,qđ ipſa non tenetur ad
ea niſi pro hr̄ditaria portiōe:nunqd ergo fili⁹ tenebit̄ ꝑ alia portio-
ne:⁊ vr̄ ꝙ nō:qꝛ filius ad hāc ſuā portionē venit ex diſpoſitiōe legali
ꝓꝑ vitiū teſtatoris:⁊ qꝛ nō eſt filius honoratus a teſtatore, nō p̄t ab
eo grauari:vt.ff.de le.iij.l.j.in fi.cū.l.ſeq.ſicut nos dicim⁹ in eo qđ re
uocat patron⁹ vel fili⁹ eius,vt.d.l.plauti⁹.Cōtrariū vr̄:qꝛ aliud eſt ī
hr̄de,qui ſuccedit ab inteſtato:aliud ī herede anomalo,qui tenet̄ ad
preſtationē legatorū:vt.d.aut.hoc amplius.⁊ in.d. titu.inſtit. de eo
cui lib.cau.bo.addic.Et per hoc apparet ꝙ non eſt neceſſaria clau-

a ¶ Theoricam.Vide in.d.l.ſi libertus.hic alleg.
b ¶ Rex Francie.Sed Ang.in.l.ij.j.de here.inſti.tenet contra Bal. ⁊ vide per Ang.⁊ Imo.in.l.tempus.ff.de here.inſti.
c ¶ Secūdus.Vide Bal.in.d.l.j.ſ.de inof.dot.⁊ q̄ dixi hic poſt bar.
d ¶ Cōſului.De hoc conſilio facit mētionem Bal.i.l.generaliter.in j.col.ſ.eo.

ſula codicillaris repetens legata ab inſtituto:
quia heres anomalus participat qualitatem
23 teſtamentarij heredis. ¶ †Modo[k] ſtatim
k occurrit aliud dubium : pone. pater habens
vnicum filium ex primo matrimonio , nihil ei
relinquit.vxori vero relinquit.c.⁊ quendam a-
lium heredem inſtituit vniuerſalē. Iſte filius
abinteſtato nihil vult reuocare,nec dicere te-
ſtamentum nullum:vt.l.filio preterito.ff.de in
iu.⁊ irri.teſt.ſꝫ vult ab vxore illa.c.totaliter re
uocare,queritur nunquid poſſit: ⁊ videtur ꝙ
ſic:quia tota. c. ſunt plus relicta vxori quam
filio,cui nihil eſt relictū:ſed omne quod plus
eſt relictum reuocatur:ergo tota.c. reuocātur.
Contrarium dicit glo.ꝙ filius reuocat ſolum
vt ſite qualis cū nouerca, non autem reſcindit
24 vniuerſum.quod no. ¶ †Statim[l] ſequitur a-
l liud dubium,pone ꝙ huic filio.x.reliquit.vxo
ri. xx. nunquid iſte filius reuocat ab vxore in-
tegra.x.⁊ videtur ꝙ non:ſed. v. ita ꝙ quilibet
habet.xv.⁊ hoc per locū a proportione quan-
titatis,ſiue numeri.⁊ ita tenet hic Cy. Sꝫ tūc
fortiter queritur de alia.q.Pone,pater ex pri
mo matrimonio habuit duos filios : vni reli-
quit.x.⁊ alteri.xx.⁊ vxori.xxx.quēdam vero a-
lium filium ſecundi matrimonij heredem vni-
uerſalem inſtituit , queritur ad quam portio-
nem debeat reduci iſta vxor per hanc.l.nā re-
ſpectu vnius ex liberis primi matrimonij eſt
ei relictum triplum,reſpectu alterius duplū:⁊
videtur tex.hic.⁊ in.§.optime.ſimpliciter deci
dere ꝙ hoc caſu totum quod eſt relictum plus
coniugi,quam filio,cui minus eſt relictum,au-
feratur vxori,⁊ inter filios primi matrimonij
viriliter diuidatur.Unde in hoc caſu nō poſ-
ſumus equalitatem ſeruare,ſi habēt locum de-
terminata in precedentibus queſtio. In hoc
cogita,an poſſet dici ꝙ mulier habeat primo.
x.de iſtis.xxx.⁊.xx.que ſuperſunt diuiderentur
viriliter inter eam ⁊ filios : ⁊ ſic ſeruaretur
equalitas,quod magis cōſonare videt̄ predi-
m ctis. ¶ Pone[m] ꝙ extāt filij primi ⁊ ſecūdi ma
trimonij:pater ī teſtamēto reliquit plus vxo-
ri quam filijs primi matrimonij,cū onere reſti-
tuendi poſt mortē filio ſecūdi matrimonij,ac-
cidit ꝙ fili⁹ primi matrimonij reuocat iſtā no-
uercā ad equalitatē,decedit iſta nouerca:que-
ritur vtrū integraliter debeat fieri reſtitutio
filio ſecūdi matrimonij:⁊ puto ꝙ ſic:dūmodo
filius primi matrimonij nō defraudetur ſua le
gitima:vt in aut.de nupt.§.pe.qui īcipit illud
quoqꝫ.ibi eñ permittitur patri plus honora-
re filiū gratū,quaꝫ minus gratum.Item per-
mittitur extra honorem ponere ingratos : qꝛ
vt ibi no.dt litera.multa differētia eſt ingrati-
tudinis ⁊ gratiarum actiōis:vt ibi eſt tex. no.
25 ¶ †Sed adhuc reſtat alia.q.pone.[n] pater ha-
n bens filios ex primo matrimonio ⁊ ſecūdo,in
ſtituit filios primi matrimonij,⁊ ſecundi here
des in certa quātitate equaliter,nouerce vero
reliquit reſiduum,quod eſt plus,modo queri-
tur qualiter debet fieri diuiſio bonorū. Jac.de
bel.in.§.optime.dt ꝙ filij primi matrimonij ⁊
ſecundi ante omnia detrahent legitimā de to-
to corpore patrimonij, tanquam es alienū:qꝛ
ea priuari non poſſunt.h.d.§.optime.⁊ in.§. fi.
⁊.§.nec illud.in aut.de nup.co.iiij.Reliquū ve
ro diuiditur hoc modo:qꝛ filij primi matrimo
nij reuocabūt quatenus eſt relictum plus no-
uerce quā eis:filij vero ſecundi matrimonij ex
quo habēt legitimam,debēt eſſe contēti teſta-
mento,niſi mater tranſiſſet ad ſcđa vota:qꝛ ia
tunc venirent filij primi matrimonij ⁊ ſcđi,tā-
quam iniuriati per tranſitū ad ſecunda vota

e ¶ Sed nunquid. Si vis intelligere vide.ſ.e.in ver.de nuo.⁊ adde.l.iter §.j.ff.de pac. dot.
f ¶ Speculātes.Vide ꝙ no.Bal.ſ.e.l.i prin.in v.⁊ primo quero. ⁊ cogita an hec deciſio Bal.ſit vera:quia expreſſe videt̄ cōtra iſtū tex. p deciſionē tamē bal. facit glo. hic quā ponit bal in pri. col.i v. modo ſtatim.⁊ in.l.j.i vlti. col.ſ.de inoff. doti.⁊ contra Bal. hic facit tex. in.l. pe.i.§.omnia.j.e. ⁊ ibi vide Bar. ⁊ ſimiliter etiam facit cōtra dicta ſequentiū queſtionum.⁊ vide Sal. hic in.vij.q.tenentem cōtra Bal.⁊ Cyn.hic tenētem idem quod Bal. ⁊ Ang.i.§.omni. in ſummario ſuo. in auth. de nupt. coll.iiij.
g ¶ Anomalū.Vide.j.proxi.q.
h ¶ Per filium.Vide Bal.ſ. e.l.i fi. prin.in verſi. ſup iſto ver.
i ¶ Pone qđ. Vide no.in.l. cōtrouerſia.ff.de tranſ.
k ¶ Modo. Vide gl.hic in ver. diuidi.⁊ in.l. quoniā. j.eodem.
l ¶ Statim. Facit qđ no.Bal.ſ.e.l.i prin.ver. ⁊ primo quero. i cōtrariū facit.l.pen.i verſi. omnia. ⁊ qđ ibi Bal.j.e.
m ¶ Pone.Quid ſi grauatur reſtituere incontinēti, vide Bal.ſ.eo.l. in prin.
n ¶ Pone. pater. Vide q̄ not.Bal. ſ.in prin.l.j.ver.⁊ primo quero.⁊ in fi.in ver. ⁊ Ray. in prin.huius legis.⁊ Sali.hic.

a ¶ Annui reditus. Vide.ſ.prox.⁊ dixi poſt Bar. in.l.mouentiū.ff.
de ver.ſig.⁊ iſtud ſequitur Lud.ro.nullo addito in.l.ſi conſtante.§.
ſi.ff.ſol.mat.⁊ vide Bal.in.c.j.§.de feu.cogni.⁊ dum alle. hic Bald.
Fed.in conſil.adde quod eſt in conſi.xij.

b ¶ Dicunt doc.Mo.annuos reditus connumerari inter immobilia,
Bal.i.l.iubemus
ſ.de ſa.ſan.ec.⁊ i
c.j.ꝺ feu.cog.Ro
ma.in.l.ſi cōſtāte.
ff.ſol.ma.Bal.i.l.
ſtipēdia.C.ꝺ exe.
rei iud.⁊ Ang.in
aut.ꝺnō ali.§.hoc
igitur.bal.i.l.ſciē
dum.i ſi.ff.qui ſa
tiſ.cog.i.c.ad au
diētiam.de reſcri.
⁊ in.c.cū.m.de cō
ſtit.⁊ibi dixit do.
Pe.de anc.i.c.ad
audiētiam.de pre
ſcri.⁊ i.c.veniēs.
el.j.de teſt.Bal.i
c.de quarta.ꝺ pre
ſcrip.vide tex.i.c.
veniēs.de tranſa.
vbi tꝫ trāſacto fa
cta de eis.⁊ ibi vi
de do.Abb.ꝙ vꝫ
tranſactio ſuper
rebus immobili
bus.⁊ Fed.ꝺ ſen.
cſ.xij.Jo.de imo.
i.l.j.de inſti.⁊ i.l.
ſi ita qs.§.is cui
de leg.ij.vide bal.
i.c.j.ꝺ feu.ga.di
xi i.c.in ciuitate.ꝺ
vſur.Jo.de imo.i
l.ſi alienū.de leg.
j.⁊ in.l.ſi ſtichū.§.
ſtipulatio.vbi ꝑ
Lud.ro.ff.de ver.
ob.Pe.de anc.in
c.ij.de teſti.Bal.i
l.priuilegia.⁊ i au
thē.ingreſſi.C.de
ſac.ſanc.ecc.An.
Bar.

c ¶ Electionem.Vi
de Bal.in.l.ij.in
vlti.co.ſ.de reſ
cin.ven.

d ¶ Arbitratores.
Vide quis eligat
tertium in caſu
diſcordie Bal.in.
in.c.j.de inue.in
ma.fa.⁊ ꝙ iſti in
caſu huius.l.di
cantur arbitrato
res,vide gl.hic in
ver.ſacramento.
⁊ Ab.in.c.ſi.de re
iudi.extra.

e ¶ Dubium.Vide
doc.i.l.vſufructu
conſtituto.poſt
glo.ſ.de vſufruc.

ſm Ja.de bel. ¶ Sed pone ꝙ plures ſunt filij
qui poſſunt reuocare.⁊ vnus eorū repudiat:
nunquid portio ſua accreſcit alteri:⁊ videt ꝙ
nō:qꝛ ipſi ſunt coniūcti cōiunctiōe legali. Itē
veniunt ex quodā priuilegio.ergo nō habet lo
cum ius accreſcēdi:vt.ff.de cōdi.⁊ demō.l mu
lieri ⁊ titio.niſi forte quādo veniūt ad reuoca
tionē iuris vniuerſalis ipſius hereditatis.Mā i
tunc procedit ius accreſcendi etiā ex mera cō
iunctione legali:vt.ff.de acqui.here.l.ſi ſeruus
cōmunis ab extero,in gl.que incipit:ſꝫ pone.
¶ Ibi,equales cū ſecundo viro.hoc intellige
ꝙ quilibet filiorum tantum debet habere,quā
tum ſecundus vir.nō autem eſt intelligēdū:ꝙ
ſolus vir debeat habere vnā dimidiam,⁊ oēs
filij aliam dimidiam:qꝛ tunc eſſet expreſſe con
tra intellectum huius.l.ſm Ja.de bel.

1 ☞ Pena ſecundo nubentis eſt communis tam viro quam mulieri.
2 Electio, an ad partes ſpectet, an ad iudicem.
3 Eſtimatores,quando eſtimant,debent iurare quod cum omni veritate eſtimant.
4 Quid in calculatoribus quos eligunt mercatores ad calculandum.
5 Vſufructuario ſi eſt facta traditio non preſtita ſatiſdatione:an nihilominus teneatur ſatiſdare.
6
7 Vſufructuarius ſi nō poteſt ſatiſdare an lucretur fructus.
8 Hypotheca tacita an contineat bona preſentia ⁊ futura.
9 Prior tempore,eſt potior in iure,etiam in rebus poſtea queſitis.
10 Mater volens ſatiſdare, an preferatur aliis.
11 Pater tranſiens ad ſecunda vota,an teneatur ſatiſdare.

§. His illud. Mater tranſiens ad
ſecunda vota, donec
viuit rerum mobilium lucratarum percipit cō
moda,alienatiōe penitꝰ interdicta. Immobi
liū vero preſtita ſatiſdatiōe,⁊ facta eſtimatio
ne,vſumfr.habet.ſi autem non vult,vel nō pōt
ſatiſdare,facultas ſatiſdandi conuertitur ad fi
lios, qui debēt ſatiſdere matri de interuſurio
eſtimationis medij tēporis:qꝛ ſatiſdatiōe pre
ſtita,filij pñt libere res alienare,neutro vero
ſatiſdāte,propter impotentiā,vel diſſimulatio
nem, res remanet apud matrē donec viuit:ꝓ
quarū reſtitutione ſunt tacite obligata bona
mr̄is p̄ſentia ⁊ futura:⁊ ipſa mr̄ poſteriorib9
prefertur creditoribus.⁊ hoc ſi trāſeat ad ſcd̄a
vota:ſi autem liberorum effectione vel chari
tate ſeruata,non migrauerit ad ſcd̄a vota, re
manet domina pleno iure:⁊ hꝫ alienandi po
teſtatē:tamen ſi non alienat,licebit liberis ex
tantia vendicare.h.d. ¶ Dictum eſt ſupra qua
liter puniantur contemptores liberorum in a
lijs eorum bonis,nunc dicit que forma ſeruet
circa eos i lucris prouenientib9 a defuncto:quo
rum vſufr.retinent tempore vite ſue, ⁊ cū qua
cautela ꝓcedatur.⁊ primo loquitur de rebus
immobilibus natura,vel iuris interpretatiōe.
ſecūdo de rebus mobilibus.ſecūda ibi:mobi
liū.Demum ponit quedam cōmunia circa mo
bilia ⁊ immobi ia in verſ.omnibus.⁊ hoc vſqꝫ
ad ver.ſi vero liberorū.dicit ergo ꝙ parēs trā
ſiens ad ſcd̄a vota, lucra dotis ⁊ donationis
ꝓpter nup.⁊ quelibet alia filijs primi matrimo
nij tenetur reſeruare,⁊ inter immobilia cōpu
tātur mācipia annexa fundo:vt.l. ſi qs inqui
linos.de leg.j.⁊.l.quemadmodū.de agri.⁊ cē.
lib.xj. ¶ Item annone ciuiles.i.publici annui

a reditus:[a] vt.ſ.de ſa.ſan.ec.l.iubemus.la.ij.† In tex.ibi,mulier. Idē
1 in viro:qꝛ pena ſecundo nubentis eſt cōmunis:vt.ſ.e.l.generaliter.
¶ Ibi,deuolutas.ſcilicet lucratiuo ti.non enim habet locū in rebus
emptis in actu emptionis. Ibi,mancipiorum.intellige de mācipijs
b inſeparabilibus a terra:vt dicit gl. Ibi,annonarum dicunt doct.[b] ꝙ
annui reditus inter immobilia computātur.qñ ſunt perpetui,vel
ad longū tempus:alias ſecus.vñ iura talia intelligunt poſſideri tā
quam immobilia,quādo ſunt perpetua, vel ad longū tempus:alias
ſecus.primū probatur extra de elec.c.querelam.ſecūdum probatur
in.l.ſi.ff.quo.le.⁊ no ꝑ Cy.in.l.ſi certis annis.ſ.de pac.⁊ ita tenet
Fed.de ſe.in ſuis cōſilijs. Ibi,mobiliū.hic dt imperator ꝙ res mo
biles lucrate ꝑ tranſeuntē ad ſecunda vota,debent eſtimari per arbi
tros ab vtraqꝫ parte eligēdos.qui eſtimabūt interpoſito ſacramen
to,qua eſtimatiōe facta,ſi quidē lucrās vult ſatiſdare de reſtituēdo
res ſi extabūt nō deterioratas,vel de reſtituēda eſtimatiōe:tūc ipſe
lucrās habebit plenā poteſtatē in rebus ipſis non ſolum vtendi, ſꝫ
alienādi,⁊ forma ſatiſdatiōis erit de reſtituēdo liberis,niſi cōtingat
eos premori:ſꝫ ſi mater lucrās nolit,vel non poſſit ſatiſdare,remane
bunt res penes filios:ſed ipſi preſtabunt ſatiſdationem de reſtituen
do tertiā partē cēteſime annuatim nomine vſurarum.⁊ ſi hoc nolūt,
vel non poſſunt:res apud matrē remanebūt.ſed non libere,imo affe
cte:⁊ pro eorū reſtitutiōe erūt eis obligata omnia bona matris pre
2 ſentia ⁊ futura.† Ibi,elegerit.no.electione[c] ad partes non ad iudi
c cē pertinere.Sed quid ſi iſti arbitratores[d] nō concordant.Reſpon.
d eligendum tertiū eſſe per ipſas partes:vt hic.nō enī ſunt proprie ar
bitri,ſed arbitratores:⁊ iō iudex interuenit in electione tertij vt cō
pulſor,nō vt elector:ſꝫ in veris arbitris dic vt.ff.de arb.l.itē ſi vnus
§.principaliter.vbi dicit tex.ꝙ ipſi arbitri primi debent eligere ter
tiū,cuius authoritati pareat.⁊ iſte eſt ita bo.tex.ſicut aliqs qui ſit in
iure.quid ergo dices.qñ duo primi ſunt electi mixtim,tāquā arbi
tri ⁊ arbitratores:ad quē pertinet electio tertij:vtrū ad partes,vel
ipſos cōpromiſſarios electos.dic inſpiciēdū eſſe ſub qua forma pro
cedunt:vtrū ſub forma arbitrij an ſub forma arbitramēti:iuxta no.ꝑ
3 Dy.in.l.ſi dominiū.ff.de fur. Ibi,arbitros.i.arbitratores.† Ibi,in
terpoſito ſacramento.not.tex.optimū.ꝙ eſtimatores quando eſti
mant,debent iurare ꝙ ipſam eſtimationē faciunt cū veritate:qꝛ ita
credunt eſſe verum:vt.ff.de ven.inſpi.l.j.⁊ in aut.de non a ie.§.qd̄ au
tem.tamen gl.que eſt in.d.l.j.dicit cōtra.breuiter nō deberēt iurare
preciſe ita eſſe,ſed ita ſibi videri eſſe,vel dic qd̄ imo iurant ita eſſe in
eo qd̄ poteſt oculata fide videri:vt hic.ſecus in eo quod nō pōt ocu
lata fide videri:vt an mulier ſit pregnans,quandoqꝫ enim hoc non
poteſt bene ꝑpendi,⁊ ideo in iſtis dubijs ſufficit iuramentū creduli
tatis,pōt etiā dici ꝙ iſti iurabūt officiū eis commiſſum facere lega
liter,⁊ bona fide:⁊ tūc nō erit neceſſarium aliud iuramentū.ar.ff.de
4 eden.l.quedā.§.nummularios. ¶ † Pone,cōſulens mercatorum fa
ciunt eligi calculatores ad calculandas rationes:nūqd illi calculato
res debēt iurare: Reſpō.ſic:vt hic.ſed nūqd partes debēt intereſſe:
Reſpon.ſic:qꝛ debēt eſſe preſentes,vel citati ad hoc:vt no.Bart.in
l.theopompus.ff.de do.prel. ¶ Ibi,eaſdē res mobiles,vel earū pre
tiū.no.iſtā alternatiuā.in qua electio eſt cauentis,ſi res extant non
deteriorate:ſed ſi res nō extāt,preciſe debetur eſtimatio, vel ſi extāt
ſed deteriorate:habet electionem,vtrū velit reſtituere ſupplēdo quā
titatem,ſi ſunt deteriorate,vel velit integrā eſtimationā ſoluēdo,pe
riculum ergo deteriorationis ꝑtinet ad cautiōem.Ex quo no.ꝙ de
eſtimatione eſt cauēdū ſecundū tempus eſtimationis:non ſecūdum
tempus quo finitur vſufruc.ſi vero eſſent res que naturaliter vſu cō
ſumerent,vel que nō poſſunt ſeruando ſeruari,cauet de ſola eſtima
tione preſtāda:vt.ff.de vſufruc.earū rerum que vſu conſu.in.l.j.⁊.ij.
in ver.quo ſenatuſconſulto.quid autē in pecunia.dic:vt.j.eo.aut.ſed
ſi aurum.Sed illa authen.loquitur in ſuo caſu ſpeciali:ſed regulari
ter dic:vt.ff.ꝺ vſufru.ea.re.l.iij.⁊.l.ſi tibi.⁊.l.quoniā.§.ſi vſus. ¶ Ibi,
nepotib9.ſi ergo pater nepotis decedit viua matre nepos venit:ex
tranſmiſſione qꝛ nepos facit.ſ.ea.l.ver.quā obſeruationem. ¶ Ibi,
ſuperſtite caſu quando omnes decedunt:remanente vno, venit ſu
perſtes per ius non decreſcendi.qd̄ habet locum etiam inter cōiun
5 ctos legali cōiūctiōe. ¶ † Ibi,ſolute vero.Mo.ꝙ ſi vſufructuario eſt
facta traditio nō preſtita ſatiſdatiōe,ꝙ niſi ſatiſdet,cogit ad reddē
e dum.ſed hic occurrit dubiū[e],dicit vſufructuarius:ego bñ volo tibi
reddere poſſeſſionē:tamē quia tu ꝓprietarius nō debes lucrari cum
6 aliena iactura:volo de manu tua recipe deductis expēſis. ¶ † Que
rit an ꝓprietarius ad aliquid teneatur vſufructuario nō cauenti, et
videt hic tex.quod ſic.cū dicitur hic qd̄ tenetur ad commoda medij
tpis. Jac.de Bel.dt ꝙ i iſto vſufructuario de quo loquit hec.l.ſunt
qdā ſpecialia:⁊ eſt ratio ſpecialitatis:quia ille vſufructuarius cōſti
tuitur legis authoritate.⁊ minus agitur cū.l.quā cū homine:vt.ff.
de arb.l.celſus.⁊ ꝓpter reliquias ꝓcedētis dominij:qꝛ mater fuit do
mina.⁊ qꝛ hic tractat ꝺ pena:vt.l.iterpretatiōe.ff.de penis.ſm Jac.
de bel.aut ergo loqmur in vſufructu irregulari:⁊ loqtr hec.l.aut
in vſufructu regulari,⁊ tūc vſufructuarius nō ſatiſdās nō dꝫ habe
re ꝯmoda aliqua rei:vt no.ſ.de vſufru.l.vſufructu cōſtituto.⁊ vide
que d

a qđ no.ff.de vſuc.ca.l.ſi homo.¶ Ibi,pro vſufructu earõdem no.ꝙ a
quando vſura permittitur in recompenſatione vſufru. eſt licita qñ
ipſa res naturaliter erat cõmoditate allatura. In omnib⁹ ergo reb⁹
que ſui natura finibiles ſunt:videtur ꝙ in recõpẽſationẽ vſufructua
riã poſſit apponi pactũ de aliquo interuſurio cõpẽſando.conſidera
ergo ꝙ iſte res ſic eſtimate nõ ſunt repetibiles,imo perpetuo mãſu
re penes promittentẽ interuſuriũ,vnde(vt ita diximus) ſors ꝓpe
tua non debet eſſe ſterilis. ſecus in ſorte,que põt repeti ad nutũ,cre
ditoris.⁊ hoc facit ad.q.de mõte florentinorũ,vtrũ ille creditus qui
percipitur ab habentibus pecuniã ĩ mõte,cũ illa pecunia.i. illa ſors
nunquã poſſit a repeti a cõmuni,licitus ſit necne:⁊ illũ montẽ etiaꝫ
veneti habẽt ⁊ qñ legabã Florentie,fuit magna.q. inter magiſtros
theologie. Ibi,quibuſcũqꝫ tẽporibus.i.in fine anni: vt.ff.ſi cert.pet.
l.lecta. Aduerte.vbicũqꝫ eñi loquimur de vſuris,ſpectamus moraꝫ.
ergo ⁊ finẽ tẽporis,nec diceres hic cõtrariũ:q: hic nõ cadit mora,cũ
ſors nõ ſit repetibilis:tex.tamen iſte non declarat. Ibi, luctuoſum.
no.de lucro luctuoſo,qđ eſt poſt obitum filiorum:vt.ff.de inoff.teſt.
l.nã ⁊ ſi parentibus. Ibi,diſſimulauerit.no.ꝙ diſſimulante ꝓprieta-
rio,vſufructuarius percipit fructus ſine cautione:ergo cautio nõ eſt
b de ſubſtãtia,[b] niſi petatur caueri.ita dicit Bar.ff de vſuca.l.ſi homo.
7 ⁊ no.ff.de vſufru.lega.l.vxori.† Ibi,nequiuerit.not.ꝙ ſi vſufruc.non
põt ſatiſdare,lucrartur fructus:vt hic dicitur de matre vſufr.cõtra-
riũ no.in.d.l.vſuf.conſtituto.ꝙ ſi nõ põt ſatiſdare,imputet ſibi. Iac.
de bel.dicit ꝙ hic eſt ſpeciale in vſufr.leg.tu potes diſtinguere quis
poſſideat.nã ſi vſufructuarius eſt in poſſeſſione,⁊ tũc defendit ſe ꝓ
pter impotẽtiã ſatiſdãdi:ſecus ſi agatur. Sꝫ quid ſi indiſtincte non
põt cauere,ſtetur iuratorie cautioni.facit.ff.de coll.bo.l.i.§.ſi cũ duo
c bus. Ibi,maritalib⁹.ſꝫ quomodo[c] põt eſſe lucra obligata iſtis filijs,
cũ ſint domini. Reſpõ iure cõmuni nõ erãt domini:ſꝫ erant res ſub
iecte reſtitutioni:vt no.ſ.e.l.femine,vel dic ꝙ dominiũ de iure ſin-
8 gulari nõ impedit hypothecã.prima melior.† Ibi,habitura.no.ſin-
gu.tex.q: in tacita hypotheca veniũt bona preſentia ⁊ futura,cuius
cõtrariũ dicit Iac.vt no.ĩ.que res pig.ob.poſſ.l.ſi.⁊.ſ.de here.ac. l.
heredẽ mariti.⁊ ideo tene menti valde hũc tex.† Ibi, vt ſi qui.not.
hunc tex.ſing.ꝙ qui prior eſt tẽpore,potior eſt in iure.etiã in rebus
poſtea ꝗſitis,verbigratia obligaui tibi hodie bona futura:cras obli
gaui titio:poſtea aliqđ acquiro,nã q: hypotheca non precedit ac-
quiſitionẽ.videtur ꝙ neuter alteri preferatur:q: in acquiſitione hy-
d pothece eſt cõcurſus:nec dominiũ trahit retro.cõtrarium[d] eſt verũ
non poteſtate dominij:ſed poteſtate cõuentionis,que inducit ordi-
nẽ prelationis. Nã ſi hoc verũ in tacita hypotheca:vt in hoc.§.ergo
fortius in expreſſa.de hoc no.ĩ.qui potio.in pigno.ha.l.ꝫ.⁊.ff.de iu
re fiſ.l.ſi is qui.⁊ eſt expreſſuꝫ.ff.q po.in pig.hab.l.ſi.⁊ ita diſputãdo
tenuit Iac.de bel ⁊ iſta eſt veritas. Ibi,in vẽdicandis ꝑ hypotheca
riã:vt.ff.de pig.l.ſi fundus.§.in vẽdicatione.¶ Op.dicit hic ꝙ iſte
e arbiter iudicat interpoſito ſacramẽto.[e] cõtra.ſ.de arbi.aut.decernit.
Sol.arbiter qui aſſumitur tãquã diſceptator litis,qui hꝫ cognoſce-
re,more iudicis,nõ iurat:vt ibi,ſecus in eſtimatore, vel arbitratore:
10 vt hic.¶ † Querit gl.hic quãdo alter tantum vult ſatiſdare,vel quã
do neuter,quid ſi vterqꝫ vult ſatiſdare:dic breuiter ꝙ mater prefer
tur.tex.eſt in aut.de nõ elig.ſcđo nub.in.§.aliud vero.ſm Ia.de bel.
11 ¶ † Quero.quid ſit in patre[f] tranſeunte ad ſcđa vota.an teneat ſa-
f tiſdare.vr ꝙ non:vt.ff.ad treb.l.imperator.⁊ quia eſt legitimus ad-
miniſtrator:vt.ſ.eo.l.generaliter.verſi.negotia vero. Alij dicũt con
trariũ in caſu iſto:q: per tranſitum ad ſecunda vota pater eſt quodã
modo effectus ſuſpectus,prima verior eſt.per.l.cũ oportet.ĩ.de bo.
que lib. Ibi,ſi vero liberorũ.ſ.locutus eſt imperator de trãſeunti-
bus ad ſcđa vota:hic de non tranſeuntibus. Ibi,vt pote.i.quia ſunt
domini:ideo non prohibentur alienare.

¶ Authentica.

SEd ſi aurum. ¶ In tex.ibi,exponitur.ſcilicet per filios primi matrimonij. Ibi,exigitur.ſ.per ipſam matrem tranſeuntem ad ſecunda vota.⁊ forte ratio huius aut.eſſet:q: ſi ſolueretur in pecunia ipſi matri:difficilis eſſet eius recuperatio, vel non eſt alia ratio,niſi voluntas principalis.

1 ¶ Beneficia vadunt ſecundum lineam ſanguinis.
2 Conſuetudo,quod primogenitus ſuccedat in regno, eſt approbata
de iure diuino. Modo duo nati ſunt ex vno vtero:⁊ neſcitur quis
ſit primus,quid iuris.

¶ Lex ſeptima.

IN quibus caſibus. Iſta lex ⁊ principiũ ſequentis tẽdunt ad idẽ,⁊ hoc dicit,quod debet per lucrantẽ filijs reſeruari:ſi alter filiorũ decedit cũ liberis:alter vero adhuc

a ¶ Et adde ꝙ vſura ꝑcipue ab emptore fructus debita,de iure cañ
eſt permiſſa:vt habes ꝑ Abb.⁊ gl.i.c.cõqueſtus.de vſu.⁊ ad idẽ bar.
in.l.atqui natura.§.penul.ff.de neg.geſt.⁊ hũc i.l.iulian⁹.§.idẽ pap.
in.gl.in ver.excedit.ff.de act.empti. Et adde ꝙ ea etiã in vẽditiõis
cõtractu peti põt ſub nomine intereſſe:vt per Abb.in.d.c. conque-
ſtus.⁊ vid Pau.de ca.in conſi.xix.incip. preſens dubiũ. Alex.in cõſi.lij.inci.callimach.⁊ in l.inſulaꝫ.per eũdem.ff.ſol.ma.⁊ bar.⁊ doc.i.d.l.iul.§.ex vendito.

viuit:liberi moriẽtis ſuccedũt loco ſui genito
ris,⁊ non fratres:eis tñ electione reſeruata.h.
d.⁊ ſicut non ſuccedũt fratres,ſꝫ liberi:ita nec
parentes,⁊ quot liberi exiſtũt ex vno filio pre
mortuo,vnius loco habentur.h.d.vſqꝫ ad.§.il
lud ¶ Caſus. Berta nupſit titio,⁊ lucrata eſt
donationẽ propter nup.ſuſceptis ex iſto ma-
trimonio duobus filijs,quorũ vnus predeceſ-
ſit in vita lucrãtis matris:iſta mater tranſiuit b
ad ſecunda vota,queritur vtrum teneatur iſta
lucra reſeruare pro aliqua parte iſtis nepoti-
bus:an vero portio defuncti accreſcat ei⁹ fra- c
tribus: Reſpond.qđ nepotes ſuccedunt loco
ſui genitoris.⁊ nõ fratres:⁊ ideo iſti nepotes
cũ fratribus defuncti in iſtis lucris cõcurrũt. d
niſi lucrans aliter duxerit eligendũ : vt in ver.
eligendi.ſm vnam lect.quod hodie eſt corre-
ctum per aut.lucruꝫ,vel niſi ipſe filius moriẽs
eligat in hoc alterum ex filijs ſuis.ſm aliã lec.
que etiã corrigitur per aut.ſm gl.ſed non ſm
Ia.de are.qđ dixi in matre lucrante donatio- e
nẽ propter nup.idem dico in patre lucrãte do
tem:hoc intẽdit hec lex.cuius ſenſus iſte eſt.ꝙ
in beneficio genitoris ſuccedunt eius filij.⁊ nõ
fratres:⁊ idẽ habemus in qbuſcũqꝫ beneficijs.
g priuilegijs,⁊ feudis:q: naturalis rõ[g] hoc di-
ctat:vt in.x.coll.de eo q ſibi, vel hrđibus ſuis f
c.vno.qđ inci.q ſibi,vel heredibus ſuis. Idem
etiã habemus in iurepa.vt.l.vt iuriſiurandi.§.
ſi liberi.ff.de ope.li.⁊.c.plures.de iurepat.ĩ cle.
h ⁊ ꝑdicta faciũt ad.q.de facto.dicit ſtatutũ[h] ꝙ g
filia dotata exiſtẽtib⁹ liberis maſculis, nõ ſuc-
cedit:ſꝫ ipſi filij hereditatẽ poſſideant. Mo-
do quidã dotauit filiã ſuã,qui ex filio premor-
tuo habebat nepotes, ⁊ habebat etiam quẽdã
filium viuentẽ,deceſſit ipſe pater,mõ filius ſu-
peruiuẽs vult quicqđ ſoror deberet habere de
iure cõmuni ſupra dotẽ:ſꝫ filij fratris premor
tui dicũt ſe debere cõcurrere,querit qđ iuris:
⁊ videtur qđ nõ cõcurrãt:q: pater eorũ tali tẽ-
pore deceſſit,quo tranſmittere nõ poterat:cuꝫ h
ergo nepotes nõ ꝯtineant appellatione filiorũ
in iſta materia reſtrictiua:ergo videt ꝙ iſti ne
potes nõ admittant:⁊ ꝑ cõſequẽs totũ perti-
neat ad fratres defuncti. In cõtrarium facit
hec lex in prin.ſui:q: iſti nepotes vident ingre
di gradũ paternũ. Sꝫ hic occurit alia queſtio, i
i retẽto[i] eodeꝫ ſtatuto. Pone ꝙ mortuo patre[k]
k oẽs maſculi deceſſerũt:nũquid excludat femi-
na:ita ꝙ ſufficiat ad eã excludẽdam ꝙ in pũ-
cto mortis exiſtant maſculi:vr ꝙ ſic.⁊ ad hoc k
facit quedã ratio naturalis poſita hic in gl. q̃
dicit ꝙ quando aliquid deſcẽdit ab aliquo,ita
ꝙ ad alium peruenit,excluſio eſt perpetua,nõ
tẽporalis,vnde ſufficit momẽto ad maſculos
perueniſſe:vt filia dotata perpetuo excludat,⁊
tene menti hanc gl.q̃ ici.hoc intellige, circa fi.
gl. Et intellige hoc verum quãdo ſtatutuꝫ lo-
quitur per verba que poſſunt verificari momẽ
to temporis:ſecus ſi requirit perſeuerantiã li
berorum,verbigratia:quia dicit ſtatutũ ꝙ nõ
ſuccedant quãdiu exiſtant maſculi. Nã iſta eſt
potius quedã tẽporalis ſuſpẽſio, quam preci-
ſa excluſio,⁊ ideo maſculis deficiẽtibus, ſucceſ
ſio redit ad feminã, ar.in aut.de non elig.ſecũ
do nub.§ gregoria.⁊ i auth.de nup.§. quoniã
infirmas.colla.iiij.⁊.ĩ.de cu.fu.l.cũ alijs.⁊.l. tu
tor.de teſta.tu.⁊ iſta eſt veritas. Ibi , debeba-
tur.ſpe,ſi non erãt contracte ſecunde nup.tem
pore mortis ipſi⁹ filij,vel filie:⁊ hoc ꝓprie nõ
eſt trãſmiſſio:ſꝫ ſubrogatio ex legis poteſtate.
1 † Ibi,portionem.no.ꝙ beneficia vadunt ſm
lineã ſanguinis,⁊ potius ſequunt lineã deſcẽ-
dentem , quã tranſuerſalem. ¶ Ibi,eligendi.

b ¶ Subſtãtia. Vide hic per Bar.⁊ Bal.i.l.i.ſ.đ vſuf.
c ¶ Sed quomodo. Impreſſa per.l.ſi quis.§.illud.ĩ.eo.
d ¶ Contrariũ. Adde ergo ꝙ in tacita hypotheca veniunt futura:vt ꝑ bal.ĩ.l.j.ij.⁊ ibi dixi.ĩ.de priui.fiſ.
e ¶ Sacramẽto. Arbiter poteſt aſſumi cum ſacramento, vide Bart.in aut.decernit ius.hic alle.
f ¶ Quid ſit in pr̃e. Vide gl.hic i x.fideiuſſionẽ.⁊ l. ſi qs prioris.§.j.ĩ e.
g ¶ Naturalis ratio. melius ꝓbãtur in c.j.đ duo.fra. a capi.inueſt.⁊ vid q̃ no.Bar.in.l.ſi mihi ⁊ titio.ff.de x.ob.⁊ Bar.i.l. liberorũ.ver.his premiſſis, videam⁹.ff.de verb.ſigni.
h ¶ Statutum. Facit qđ no. Bal.in l.j.ſ.eod.⁊ Bar.i l.liberorũ. in x ſi.his ꝑmiſſis.ff. de ver.ſigni.
i ¶ Retento. Vide Bal.in aut.ſꝫ ⁊ ſi quis.ſ.e.⁊ Bar. i l.ſi.ff.ad tertul.
k ¶ Mortuo patre. No. mirabile. ꝙ excluſio momẽtanea inducit excluſionẽ perpetuam. vñ filijs extantibus,non ſuccedit femina. extiterũt filij.⁊ poſtea mortui ſunt excluditur filia. eſt nota. limitatio ad no.ꝑ Bar.i.l. maximũ vitiuꝫ.ĩ.de li. prete,vide Bal. in.l. ſi portionalla.ĩ. quando dies leg.ced. ⁊ in conſil. xxx.inci. In chriſti nomine,amen. antiquuꝫ ſtatutũ. Al.Bar.

Iſte ver.hʒ duplicem intellectum.vnus eſt ꝙ
electio detur lucrāti eligendi filiū,vel nepotē,
a vel ex nepotibus alteru:ꝙ corrigitur[a] per auē.
lucrū.Alius intellectus eſt ⁊ mirabilis,ꝙ ipſe
filius premoriēs poſſit īter filios ſuos eligere
vt dicat ſic:domine pater vel mater portionē
illā quā vos debetis mihi reſtituere, reſtitua-
tis mihi filio meo ꝓdilecto. ⁊ ita intelligit fi-
nis huius litere ſm vnum intellectū:⁊ tūc nō
corrigitur ſm Ja.de are.⁊ Cy.ſʒ hoc mirabile
eſt,ꝙ ille eligat,in quo nullū ius reſidet, pone
caſum,ꝙ pr̄ vel mater nōdū ad ſecunda vota
volauerāt:vt.ſ.i illo verbo ſine añ ſcd̄as. quo-
modo pōt ergo eligere ante ius delatuʒ re,vel
ſpe:niſi reſtringas hoc ꝙ dixit de iure eligēdi
in filio qui deceſſit poſt trāſitum ad ſcd̄a vota
parētis.tamē ⁊ tunc non habet ius formatū,
ſed ius pendens ex caſu:qꝛ poſſibile eſt ꝙ oēs
liberi moriantur:vt.ſ.eo.l.femine.§.fi.vñ non
poteſt aliud dici,niſi ꝙ cōtingit ex legis proui
2 dētia ſpeciali.¶ †Materia huius[b].l.facit. ad
b q.regnorū.¶ Pone ꝯſuetudo dictat. ⁊ eſt iſta
cōſuetudo approbata iure diuino,ꝙ filius pri
mogenitus ſuccedit in regno.Modo ex eodē
vtero duo nati ſunt,naſcit̄ qs ſit prior,vel po-
ſterior.Nō queritur quis iſtorū ſit rex,an di-
uidēt ſorte,vel ambo erūt reges,iſta lex eſt ar.
ꝙ genitor eorū poſſit eligere qs eorū debeat
regere.¶ Quero,que erat rō dubitationis cir
ca iſtos nepotes,cū enim ſint heredes ſangui-
c nis,nulla dubitatio[c] videt̄ de iſta ſucceſſione:
ſed certe imo erat dubitatio:quia nō agimus
hic in ſucceſſione reſpectu nature. ſʒ reſpectu
bonorū.vnde ſicut certa bona pertinebāt ad fi-
lios:ita videbat̄ eſſe in iſtis lucris.iſta ſunt ver-
ba gl.iſta gl.eſt vera in ratiōe ſui:ſuppoſito ꝙ
illi nepotes repudiāt hereditatē aui, alias eſt
falſa:qꝛ ſuccedūt in omnibus bonis nepotes
ex filio premortuo,ſicut pater eorū:vt inſt. de
here. que ab inte.§.cū filius.¶ Scd̄o quero. q̄
erat dubitatio hic circa electionē:reſpō. dicit
gl.ꝙ hodie maxime poterat dubitari propter
auē.lucrū.ſ.eo.ſʒ ad illam auē.reſpondetur: qꝛ
loquitur in filijs iniuriā paſſis,propter tranſi-
tum ad ſcd̄a vota:ſed nepotes non patiuntur
iniuriā.ita dicit gl.⁊ Ja.de are.ſed hoc eſt fal
ſum:qꝛ deſeritur naturalis cura nepotū, ſicut
filiorū:vt.ſ.l.proxi.ver.ſi vero liberorū. arg.ff.
de condi.⁊ demon.l.ſʒ ſi hoc.§.fi.⁊ pro hoc in-
diſtincte tene qd̄ iſte ver.eſt correctus circa
ius eligendi.

¶ Lex octaua.

## SI quis prioris.

Principium iſtius.l. ſummatū eſt
in.l.precedēti.dicit ergo imperator
ꝙ filij premortui vel premortue ſuccedūt loco
patris vel matris ſue,nec ſuccedunt fratres,⁊
hoc dictū fuit in.l.precedēti.ibi, necꝗ parētes
lucrātes.⁊ hoc additur.¶ Itē additur hic ꝙ
omnes nepotes ex vno filio ad vnā partē vo-
cantur,⁊ patruus ad alteram.h.d. Omnes er
go q ex vno immediato ſtipite procedūt vni⁹
loco habentur.concor.ff.de cōdi.⁊ demō.l. cui
fundus.in fi. Ibi,ante ſecūdas,vel poſt:vt.ſ.l.
proxi.ſed maius erat dubiū quando ante quā
quando poſt. Ibi,patrē vel matrem.lucrantes
ſed in hoc hodie qd̄ no.ſ.e.l.hac edictali.in vl-
ti.gl. Ibi,cōpetijt.ideſt competeret ſi viueret.

## §. Illud etiam.

d Iſtū.§.habui mus etiā in ſu-
perioribus.⁊ dicit ꝙ lucrās qui non tranſit ad
ſecūda vota,poteſt de ipſis lucris diſponere ⁊
alienare.ſi vero nō diſponit,nec alienat:in de-
fectū prouiſiōis hominis ſuccedit prouiſio le-
galis reſeruās hec lucra filijs ⁊ notibus. hoc
dicit.¶ Ibi,paternā.quando mater lucratur.
Ibi,maternam.quādo lucratur pater.¶ Ibi,
vendicare.hodie indiſtincte non eſt neceſſe ꝙ adeatur hereditas:vt
ſ.eo.authen.he res.

1 ☞ Teſtator heredē inſtituendo filium,ſiue extraneum,an videatur
alienare.
2 Res qñ tranſeant cū vniuerſitate,vel non:⁊ qualiter cognoſcitur.

## §. Certum.

Iſte.§.quotidie allegatur.⁊ continuatur ad
precedētia ſic,dictū eſt.ſ.ꝙ lucrās qui nō trā
1 ſit ad ſcd̄a vota,poteſt libere alienare res lucratas. ¶ †Modo po
e teſt dubitari vtrum heredē inſtituendo[e] filium,ſiue extraneum.intel
ligatur alienare. Reſpō.ꝙ ſiue ſpecialiter relinquat,ſiue heredē inſti
tuat,alienaſſe videt̄.ff.de leg.ij.l.vnū ex familia.alleg.iſte tex.ad tria.
Primo.ꝙ heredis inſtitutio eſt alienatio. Scd̄o,ꝙ idem operatur
alienatio vniuerſalis,qd̄ ſpecialis. Tertio poſſet allegari.ꝙ huiuſ-
modi alienatio nō ſolū eſt alienatio,ſed electio,quādo fieret de per-
ſona eligibili. Iſte caſus eſt in.l.vnū ex familia:ſʒ nō eſt proprie hic:
qꝛ hic non cadebat electio:vt electio,ex quo nō fecerat trāſitum ad
ſecunda vota.ſed alij allegant econtra,dicētes ꝙ cū heredis inſtitu-
f tio ſit alienatio[f],ille qui prohibetur alienare,prohibetur heredē in-
ſtituere:qꝛ verbū alienationis,abſolute prolatum,cōprehendit alie-
nationem inter viuos,etiam per vltimum voluntatē,quandoꝗ cō-
prehendit tacitam voluntatem inteſtati:vt.ff.de leg.ij.l.codicillis.§.
pe.Nec ob.l.ex hoc edicto.§.ſed heredē.ff.de ali.iud.vbi dicitur qd̄
prohibita alienatione,nō prohibita eſt heredis inſtitutio:qꝛ ibi non
erat alienatio prohibita:ſʒ eius qualitas.ſ.alienatio doloſa. ſed ille
qui heredē inſtituit,nō intelligit̄ dolo alienare. Itē nō ob.de acqui.
re.do.l.quedam.qꝛ ibi non erat alienatio prohibita : tū rei qualitas
erat talis,ꝙ non poterat alienari abſꝗ vniuerſitate,⁊ ideo poteſt
tranſire ad viam teſtati,⁊ etiam per viam inteſtati.Et adde qd̄ no.
2 Inno.de iurepat.c.ex literis.¶ †Sed quomodo hoc cognoſcā,que
res poſſunt trāſire cum vniuerſitate:⁊ que nō: Reſpon.quedā ſunt
que requirunt preſentationē perſone:⁊ iſtū non tranſeūt cū vniuer
g ſitate.ſicut ſunt iurapat.[g] ⁊ ſimilia:vt.ff.ad treb.l.qꝛ perinde.quedaʒ
non requirunt preſentationē perſone.ſed ipſis rebus coherēt:⁊ iſta
niſi ſint ex aliqua cauſa prohibita alienari,trāſeūt etiā ſine vniuerſi-
tate.ad hoc.ſ.ſi cer.pe.l.j.⁊ de preto.ſtip.l.ij.⁊ appellat̄ interdū vni-
uerſitas territoriū:vt.ff.de cōtrahen.empt.l.in modicis. Interdum
iuriſdictio:vt extra de re iudi.c.cū bertoldus. Interdum hereditas:
vt.d.c.ex literis.⁊.l.qꝛ perinde.⁊ de acqui.re.do.l.quedā. Ibi,vel ge
neraliter.hoc corrigitur per auē.nunc autem.quam hic legas:nam
vbi ſpecialiter fit alienatio a ſpeciali legis prouidentia non videt̄
h diſceſſum eſſe,ex quo no.ꝙ generalis prouidentia hominis[h] nō de-
rogat ſpeciali prouidentie legis,quod tene menti:qꝛ ſpecialia gene
ralibus derogant:etiam ſi vnum ſit ex legali:alterū ex diſpoſitione
hominis.hoc no.ex dicta auē.nunc autem.

¶ Authentica.

## NUnc autem.

No.iſtam auē. Ibi,preſumitur.a
ſpeciali prouiſione nō recedi per
generalem prouidentiam.

## §. Talem.

Iſte.§.continuatur ad precedentia hoc modo.
dictū eſt.ſ.eo.l.hac edictali.§.fi.⁊.l.generaliter.
§.in his.ꝙ lucra non alienata,nec conſumpta,vbi lucrans nō trāſit
ad ſcd̄a vota,liberi percipiunt etiam non adeuntes hereditatē eius
a quo coniunx ſuperſtes lucrabatur.vnde liberi habent licentiā lu-
crādi,repudiata illius hereditate.Modo iſte.§.circa ꝓmiſſa deter-
i minat talē queſtionē.Berta[i] nupſit titio.ex quo ſuſcepit liberos,
quo mortuo,lucrata eſt ex pacto.x.deinde illa Berta trāſiuit ad ſe-
cunda vota:⁊ ex ſcd̄o matrimonio ſuſcepit liberos : ⁊ mortuo ſcd̄o
viro,ex pacto de lucrādo lucrata eſt.xx.deinde deceſſit beata.⁊ ei ſuc
ceſſerūt filij primi matrimonij.⁊ ſcd̄i:q̄rit̄ vtrū iſta lucra ſcd̄i matri-
monij (ſi iſti filij ſcd̄i matrimonij repudiāt hereditatē paternam, et
adeunt maternam)pro parte virili pertineant ad eos ſolos.reſpō-
detur ꝙ nō:ſed ad liberos vtriuſꝗ patrimonij pro viri,⁊ ꝑ capita
liberorū.h.d.iſte.§.ſecundū lect. Jo.⁊ eſt ratio:qꝛ qñ nō adeunt he-
reditatem eius a quo peruenit lucrum,non poſſunt lucrum petere,
tanquam illius bona:ergo oportet vt lucrentur tanquā bona lucrā-
tis:ſed lucrans tranſmittit ad liberos vtriuſꝗ matrimonij,⁊ inter
ſe diuidunt. Si autem liberi ſecundi matrimonij adirēt hereditatē
patris eorum,vel patris ⁊ matris,hi ſoli hec lucra haberent preci-
pua:vt.l.cū alijs.ſ.eo.ſecundum Azo.⁊ Jo.And.Et ſic iſte.§.intē-
dit notare differentiā inter adeūtes liberos , ⁊ ipſam hereditatem
repudiātes:ſʒ hodie iſtud corrigit̄:qꝛ aditio,vel repudiatio nil ope
rant̄:vt.ſ.eo.auē.heres. Ibi,paternā.qñ mater lucrat̄ dona.ꝓpter
nup. Ibi,vel maternā.qñ pater lucrat̄ dotē. Ibi,quod ſcd̄o.i.tertio.
ſiue poſteriori.nam tertium dicitur ſecundum reſpectu ſecundi : et
quartum dicitur ſcd̄m reſpectu tertij ſcd̄m gl.⁊ ꝑ hoc determinat̄
queſtio.

a ¶ Corrigitur. An
iſta.l.ī fi.corrigat̄
ꝑ auē.lucrū.ſ. ea.
vide Bal.ſ.e.l. in
fi.qui tʒ ꝙ vtroꝗ
caſu corrigatur.

b ¶ Materia hui⁹.
Faciūt que habē
tur ī.l.ſi ita fuerit.
ff.de reb⁹.du.⁊ ī
l. arethuſa. ff. de
ſta. ho. ⁊ ꝙ no.
Bal.i.l.ex hoc iu
re.ff.de iuſt.⁊ iu.⁊
oīa iura dicentia
loc⁹ eſt gratifica-
tiōi.ꝺclarat Bal.
in auē.ex teſtō. in
vl.col.ſ.ꝺ coll.vbi
dicit ꝙ ambo ſuc
cedūt,vide ꝑ Jo.
an.in addi. Spe.
in rub.de feu.

c ¶ Dubitatio.An
iſta.l.j.in fi.ſit cor
recta,vide Bald.
ſ.proxime.

d ¶ Illud etiā. Hʒ
locū diſpoſitio hu
ius.§.etiā ī lucris
obueniētibus ex
forma ſtatuti ſm
Raph.in.l.ij.de
leg.j.facit.l.j.§.lex
fal.ff.ad legē fal.

e ¶ Utrū heredem
inſtituēdo, No.ꝙ
heredis īſtitutio
eſt alienatio vni-
uerſalis,vide bal.
ī.l.volūtas.ſ.ꝺ fi-
deicō.⁊ in.l.ea le-
ge.ſ. de condic.
ob cau.Bar.in.§.
ea lege.

f ¶ Alienatio. An
ꝓhibita alienatio
ne,ſit ꝓhibita he
redis īſtitutio, vi
de plene ī.l. ſi ita
quis.§. ea lege.ff.
de verb.obl. ⁊ fa-
cit ad hoc.l. here
ditatis.⁊ ibi Bal.
ſ.de here.inſti.

g ¶ Jurapatrona-
tus. Vide Bar.in
l.hanc legē.ff. de
cōtrahē.emp. ⁊ q̄
no.Bald. in.l.j.ſ.
de bo.lib.

h ¶ Generalis ꝓui-
dētia hoīs. No.ꝙ
generalis proui-
dētia hoīs nō de
rogat ſpeciali ꝓ-
uiſiōi.l.vide gl. q̄
aliqui dicūt fin.in
l.ij.ſ.de iure em-
phy.An.Bar.

i ¶ Berta. Uide
Bal.in.l.cū alijs.
in verſ.nec proſit.
in fi.ſ.eo.

a queſtio cõſuetudo[a] dictat ꝙ primogenitꝰ ex primo mr̃imonio ſucce
dit in baronia. ¶ Mõ pone, quidam baro habuit quandã vxorẽ ex
qua non habuit filios: ⁊ ea mortua duxit aliã, ex qua habuit filios:
deinde mortua iſta ſecũda vxore, duxit tertiã, ⁊ habuit filios. ⁊ ſic ex
primo matrimonio nõ habuit filios: ſed ex ſecundo ⁊ tertio ſic vltio
morit iſte baro, filij tertij matrimonij dicũt qđ ipſi cõcurrũt in baro-
nia cũ filijs ſecũdi mr̃imonij: ⁊ arguũt ſic: ꝯſuetudo nõ excludit nos
ergo de iure cõmuni cõcurrimꝰ. maior probatur: qꝛ cõſuetudo loqui
tur de filijs primi matrimonij. ſʒ ex primo matrimonio nõ extãt filij:
ergo nõ extat pſona priuilegiata ⁊ excludẽs. cõſequẽtia eſt no. de iu
re cõmuni: qꝛ omniũ filiorũ equa dʒ eſſe ꝯditio, nõ obſtãte ordine ge
niture: vt. ff. de iniu. te. l. poſthumorũ. p iſtã gl. doc. determinãt con-
trarium: qꝛ iſti debẽt vocari filij primi matrimonij: nam ſm dicitur
primum reſpectu tertij ſm Jac. de are. ⁊ Cy. Sed pone qđ ex omni
b matrimonio extãt filij:[b] ſed natus primi mr̃imonij repudiat baroniã
vel efficitur frater minor, nunqd hʒ locũ cõſuetudo? puto ꝙ ſic: qꝛ
hʒ locum cõſuetudinis ratio: vt. j. ꝗ ſit lon. conſu. l. j. ⁊ ita fuit deter-
minatũ in regno Apulie: qꝛ beatus Ludouicus erat primogenitꝰ,
⁊ debebat ſuccedere in regno, tñ qꝛ factus fuit frater minor, nõ fuit
cõputatus in numero liberorũ, nec habitus pro primogenito: qꝛ nõ
obſtat alijs ille qui eſt omnino inhabilis: vt. ff. de contrata. l. ſi poſt
mortẽ. §. ſi liberi. Ibi acquiſierint, repudiata tñ hr̃ditate eius a quo
pueniũt ſm Joã. ꝙ eſt hodie correctũ ſm Jac. de are. qꝛ ius lucro-
rũ nõ eſt in aditione vel repudiatiõe hr̃ditatis poſitũ: ſʒ eſt quid ſe
gregatũ ab vniuerſitate patrimonij pro modo lucrantis: vt in auth.
heres. ⁊ ideo lucrum dotis vel donationis propter nup. eſt filiorũ
ex eo matrimonio natorum, ⁊ non ex altero. Bal.

1 ☞ Futura bona veniunt in tacita hypotheca.

**§. In illo.** Bona parentũ ad ſcđa vota trãſeuntiũ ſunt li-
berorũ, quibꝰ debẽt lucra reſeruari, tacite obliga
ta: nec patria poteſtas impedit iſtã tacitã hypothecã: tñ patre filio
ad reddendã rõnẽ adminiſtratiõis nõ cogit niſi pater ſit ſuſpectus
de fraude, vel alienatione: vt. ff. ad tre. l. imperator. tenementi iſtã gl.
cũ tex. extra quero, quid addit iſte §. ad. l. hac edictali. R ñđ. qđ dictũ
eſt ibi in matre trãſeunte. hic extẽdit ad patrẽ trãſeuntẽ. ⁊ hec eſt in
tentio huius. §. videbat enĩ qđ iſta extenſio nõ poſſet fieri impedien
te patrie poteſtate, que ciuilia vincula inter patrem ⁊ filiũ impedit:
vt. ff. de cõdi. inde. l. frater a fratre. ⁊. ff. de fideiuſ. l. ſi qs p eo. §. j. ⁊ ibi
no. ſʒ ad hoc reſpõde: vt ibi no. vel dic qđ hic loquit in obligatione
1 legali, ꝗ optime cadit inter patrẽ ⁊ filiũ in poteſtate. † Ibi. habitu-
c rus. no. in tacita hypotheca[c] venire bona futura: vt dixi in. l. hac edi
d ctali. §. omnibus. s̃. eo. tit. Ibi, liberũ. raro[d] reperies liberũ pro filio,
vel nepote in ſingulari numero, niſi hic. Ibi, neqʒ matris. Iſtud vi-
detur contra gl. poſitam hic, que dicit qđ mater cogitur reddere ra
e tionẽ[e] de mala adminiſtratione. Sed dic qđ in mala adminiſtratio
ne vſuſfructus non cogitur rationem reddere: qꝛ pertinet ad eam, ⁊
ita loquitur hic: ſed de mala adminiſtratione circa proprietatẽ ſic:
quia pertinet ad filium proprietas.

¶ Lex nona.

**Quoniam.** Iſta. l. cõcernit. l. hac edictali ⁊. h. d.
totũ qđ vltra modum ſecunde con-
iugi datur vel relinquit, tanquã nõ datũ, liberis vtriuſqʒ
matrimonij applicat. In hoc corrigitur. l. hac edictali. §.
ſi vero. que dicebat qđ applicabatur ſolum filijs offenſis per tranſitũ
ad ſecũda vota: hodie corrigitur hec. l. ⁊ redit ad. l. hac edictali per
auth. de nup. §. optime. verſi. ⁊ hoc decernẽs. ⁊ per auth. ad eos. hic
1 poſitã. vñ corrigẽs corrigit, ⁊ ad priſtinũ ſtatũ ius redducit. † Ibi,
f omnia. no. verbũ.[f] qđ vr̃ cõtra ea ꝗ dicta ſunt in. l. hac edictali. qđ in
iſto qđ eſt vltra modũ fiat reductio ad equalitatẽ: qꝛ iſta litera dicit
omnia reuocãda, ⁊ iſta omnia ad filios ſolos pertinere, nec corrigit
hec. l. in iſta mẽſura: lʒ corrigat in quãtitate liberorũ primi vel ſecun
2 di matrimonij. † Ibi, ad ſolos. videtur qđ totum detur filijs ſecun-
dum glo. in hac. l. ſed glo. in. l. hac edictali. dicit qđ reducitur ad equa
le. pro hoc eſt tex. ibi: oĩa ⁊c. Ibi, in capita. iſta appellat diuiſio viri
lis: ſi antẽ eſſet nepotes plures ex vno filio ipſi diuiderẽt cũ patruo
in ſtirpẽ: vt. s̃. eo. l. ſi quis prioris. §. j. Ibi, ſiue plures. ⁊c. Ibi, ad hec.
Iſte ver. dicit qđ. ll. loquentes de lucris per mortem, habent locum
etiam in lucris per diuortiũ. ⁊ adde qđ not. in. l. j. ff. de do. prele. ibi:
nec de cetero notetur. ¶ Not. quod non inquirimus cauſam, cum
habemus effectum.

¶ Authentica.

**Ad eos.** Iſta auth. corrigat. l. C. ⁊ redit ad. l. hac
edictali. ⁊ ratio eſt: qꝛ ſoli iniuriam poſſi
paſſi debent conſequi lucrum, in compenſationem iniu-
rie. adde quod dixi. s̃. l. proxi. §. talem. ibi: defertur. dic
vt. s̃. dixi in authen. ſi tamen. eo. titu.

1 ☞ Ingratitudo non preſumitur.
2 Opinio habens equitatem, debet ſeruari.

¶ Lex decima.

**Cum apertiſſime.** Ne nature iniuriarẽtur leges, liberi
qui ſunt vere ingrati nõ habent be-
neficium. l. hac edictali. h. d. Illud autem quod
premiſi, ſcilicet ne nature iniuriarentur leges,
eſt ratio que adiungitur huic. l. per text. in au-
then. de nup. §. optime. ¶ Caſus. Berta ha-
bens filios ex primo matrimonio, nupſit ſecũ-
do viro: ⁊ dedit ei dotem, cum pacto de lucrã
do maximam partem bonorum ſuorũ, ⁊ mini-
mam relinquebat filijs. Modo filij cõſideran-
tes qđ hoc non poterat per. l. hac edictali. ⁊ ꝙ
ad eos debebat pertinere quicquid ⁊c. reputã
tes etiam ſic ſe offenſos a matre, iniuriabãtur
eidẽ. Modo queritur nunquid iſti filij ſic iniu
riantes matri admittantur ad beneficiũ. l. hac
edictali. Ad qđ reſpondet Imperator, qđ in-
iuriantes matri: ⁊ ſic committentes ingratitu
dinem contra matrem, non habent beneficiũ
illiꝰ. l. ne detur filijs occaſio delinquẽdi. ⁊ hoc
ſi liquide probetur ingratitudo, nõ enĩ in hoc
credetur aſſertioni mr̃is, que forte irrationabi
le gerit odiũ ad filium. h. d. Et not. qđ ex irra-
1 tionabili odio non conſentit. ¶ † Item no. ꝙ
non preſumitur ingratitudo. Item no. qđ in-
g gratitudo[g] eſt approbanda liquido ⁊ in dubi-
tanter, vnde dubia probatio nõ eſt probatio,
nec deberet ſuper hoc deferri ſacramẽtum in
defectum probationis: quia lex preciſe requi
rit indubitatam probationẽ. ¶ In tex. ibi, ma
iorũ, maiores noſtri dicũtur noſtri genitores,
vel progenitores. Ibi, ſanctiõi. que eſt. s̃. de in
2 offi. teſta. l. omnimodo. ¶ † Ibi, tantum. Iſta
dictio facit quod illa opi. que habet equitatẽ,
debet ſeruari: ſed lex precedẽs facit in oppoſi
tum, dic vt dixi in. l. hac edictali. Ibi, licẽtia. in
mala parte intellige, ideſt quedã libertas ſine
freno alicuius tẽperantie. ⁊ ſubdit laſciuia ⁊c.
Ibi, irrationabile. nota hic de irrationabili
odio. qđ facit ad queſtionem, an maſculinum
cõcipiat femininũ, ⁊ dicitur quod nõ in odio
irrationabili. Jac. de are.

¶ Si ſecundo nupſerit mulier, cui maritus
vſumfructum reliquit. Tit. x.

1 ☞ Index, ſi per ſententiam iuſſit fundum re-
ſtitui cum fructibus: ſi quantitas fructuum
non exprimatur, an ſententia valeat.

¶ Lex vnica.

**Si vſumfructũ.** Dictũ eſt in ſuperioribus qua
pena puniatur tranſiens ad ſe-
cunda vota circa donata, vel re-
licta a primo viro, extãtibus liberis: videlicet
vt predita proprietate, effectualiter vſuſfru-
ctus retineatur, mõ qꝛ poterat dubitari quid
iuris ſi cõiunx ſuperſtes lucrabatur ſolũ vſum-
fructum, vtrum illum vſumfructum perdat
per tranſitum ad ſecunda vota: ideo emana-
uit hec lex. que diuiditur in duas partes: quia
primo determinat caſum quẽ dixi de vſufru-
ctu donato, vel relicto. ſecundo cõfirmat ſtatu
ta vetera. quando plenũ dominium erat lucra
tum. ſecunda ibi, de vſufructu vero ⁊c. h. dicit.
¶ Mulier tranſiẽs ad ſecunda vota, vſumfru
ctũ ſibi relictũ a primo marito pdit: ⁊ liberis
prioris mr̃imonij reſtituit: ⁊ ſi e in mora expreſ
ſa, vel tacita reſtituẽdi, ꝯdẽnat ad omnes fru-
ctus quos percepit indebite: ſecus ſi erat lucra

a ¶ Cõſuetudo. In
cõtrariũ facit tex.
in pe. ff. §. diſcipu
li. ibi, qđ primũ
eſt aliud añ ſe ha
bere nõ põt. ⁊ vi-
de tex. ĩ. c. Joſep.
extra de verb. ſig.
b ¶ Filij. Vide Bal.
in. c. j. in fi. prin. de
feud. ⁊ ĩ aut. hoc
amplius. ĩter me
dium. j. de fideic.
c ¶ Hypotheca. Vi
de p Bal. in. l. iij.
j. de priui. fiſc.
d ¶ Raro. Vide. l.
ius agnationis. ⁊
ibi bar. ff. de pac.
e ¶ Rõnẽ. An pa-
ter ⁊ mater teneã
tur filio reddere
rõnem de admini
ſtratione bonorũ
ꝗ filio debẽt reſer
uari, vide Bal. in
l. filiũ. ĩ vl. col. s̃. fa
mi. erc. ⁊ in. l. cum
opʒ. §. fi. ad fi. j. de
bo. que lib. vbi đt
hãc gl. eſſe ſing. ⁊
in. l. fi. §. ſin autem
es alienũ. in ver.
preterea. eo. tit.
f ¶ No. verbũ. Viđ
Bal. in. l. hac edi
ctali. ĩ ver. ampliꝰ
circa iſtã materiã
vſqʒ ĩ fi. §. s̃. e. ⁊ vi
de qđ hic ſtatĩ ſe-
quit. ⁊ ꝯ iſtud fa-
cit tex. in. l. pri. ibi
tãtum. ⁊ ibi Bal.
g ¶ Ingratitudo.
Not. qñ lex reqrit
indubitatũ proba
tionẽ, nõ defertur
ſacramẽtũ legis.
qꝛ reqrit liquidã:
vt probatur hic ĩ
tex. iũcto do. bal.
hic: qꝛ idẽ eſt dice
re liquidũ, qđ in-
dubitatuʒ: vt no.
Bal. hic. ĩ fi. ⁊ ad
de gl. ĩ. c. j. de ſen.
ex. in. vj. ⁊ idẽ vbi
requirit apertiſſi
ma pbatio ſʒ gl.
ĩ. l. fi. ff. quod me.
cau. Idem vbi re
quiritur perſpi-
cua probatio ſm
Bal. in. l. in bone
fidei. in vlt. co. s̃.
de re. cre. Idẽ vbi
reqrit plena fides
ſm gl. in. c. cupiẽ-
tes. ĩ ver. plenã fi-
dẽ. de elec. ĩ. vj. idẽ
qñ pbatio lucecla
rior requireretur
ſm Bal. in. l. fi. s̃.
ſi mi. ſe maio. di-
xe. ⁊ adde hic
Bal. in. l. j. in. iiij.
op. j. de his que
pe. no.